# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

## LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

TH. MOMMSEN ET PAVLVS M. MEYER

ACCEDVNT TABVLAE SEX

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

ADSVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

TEXTVS CVM APPARATV

---

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# CONSPECTVS PARTIS POSTERIORIS

pag.
GESTA SENATVS ROMANI DE THEODOSIANO PVBLICANDO . . . 1
THEODOSIANI TITVLI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 5
THEODOSIANI LIBRI XVI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 27
CONSTITVTIONES SIRMONDIANAE . . . . . . . . . . . . . . . . 907

*

# LIBER DECIMVS.

## I [= BREV. I]. DE IVRE FISCI.

*Iust.* 10, 1.

X, 1, 1 (315 Sept. 13).

IMP. CONSTANTINVS A. ET CAES. AD POPVLVM. Si quid a fisco fuerit occupandum vel a nobis de cetero pro unius cuiusque meritis obsequiisque donandum vel ab eodem distrahendum, intra annum, omnibus vel a petitione vel a conparatione se abstinentibus ii, qui putant iniuste res proprias a fisco esse comparatas, contra eundem agere contendant scientes gratulantesque, quod annua spatia, intra quae suum repetant, sint indulta, ac si probaverint iustitiam petitioni suae adesse, recipiant et nostro beneficio habeant restituta. DAT. ID. SEPT. ROM(AE) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

---

*V*

1 occupatum *Gothofredus* 2 de cetero] *fortasse* decreto 3 hii *V* 4 conparatas] *requiritur* occupatas *vel simile vocabulum*

---

X, 1, 2 [= BREV. X, 1, 1] (319 Mai. 17).

IDEM A. AD SEVERVM RATIONALEM AFRIC(AE). POST ALIA: Possessiones atque mancipia exempta fisci patrimonio quibusdam donavimus. Haec directo iure atque perpetuo absque omni quaestione volumus obtineri, poena contra rationales et magistros privatae rei atque officiales proposita, si quid contra temptaverint. ET CETERA. P(RO)P(OSITA) XVI KAL. IVN. ROM(AE) IN FORO TRAIANI CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque agri atque mancipia quibuscumque personis de fisci nostri iure donantur, aput eos quibus donata sunt sine suspicione aliqua volumus permanere: contra ordinatores domorum dominicarum poena proposita, si contra praeceptionem facere cognoscuntur.

---

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — *Scholia Vaticana:* donatas res vel mancipia cuidam a principe iure directo possidere debere poena praeposita tam rationalibus quam rei privatianis, si qui iussiones legis facere temptaverit.

1 idem] imp. constantinus *brev.* ā *om. O* ad seuero *L* rationał *H*, rationale *N* afrfc *N* post alia *om. H*[a] possessionis *N*, possessionem *G* 2 exempta] exempla *G*, quae exempta *O*, *om. C* fici *M*[a] patrimonium *G*[b] quibus donauimus haec . . . . . 3 obtinere *malim* donabimus *N* derecto *N* iure] ordine *G*[t] 3 omnia *V* quaestione] sequestratione (-ni *E*) *G*[t]*EC*, requisitione *G*[v] obtinere *GES Pith.*, ordinari *Pith.* rationabiles *E* magistratos *E* priuatae rei] *V*, priuatae *brev. reliqui*, priuatos *GE*, *om. HO* 4 offiales *P*[a] qui *G* temptauerint] temptauerit *NE*[a] 4/5 p̅p̅ (dat. *NG*) xui (xuii *C*, xu *GO*, x *Pith. [ex 2]*) k. iun. *(sic brev. reliqui [in his Pith. ex 2] idque requirit quae sequitur constitutio,* iul. *VOE*, ian. *G*[v] *Pith.)* rom. in f. traiani (troiani *E*) const. a. *(om. OE)* u *(om. GPM)* et lic. c *(om. GOP MS) libri* 6 quicumque] quibuscumque *H* quibuscumque] a q. *G* 7 iure] personis *C* 8 posita *E*[a] praeceptione *N*, praescriptionem *G*[v], perscriptionem *G*[t] cognoscantur *HNG*

X, 1, 3 (319 Mai. 30).

IDEM A. AD PROVINCIALES. Iustas etiam et quae locum habent fisci actiones praecipimus concremari ob hoc solum, quod suis temporibus prolatae non sunt. Iam calumniae privatorum eo saltem arceantur exemplo, quo iustas fisci lites silere praecipimus. DAT. III KAL. IVN. CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

---

*V.* — IVST. 10, 1, 6.

1 a.] aa. *V*

---

X, 1, 4 (320 Mai. 19).

IDEM A. AD DOMETIVM DRACONTIVM MAG(IST)RVM PRIVATAE REI AFRIC(AE). Cum fiscus litem patiatur aut inferat, anni spatium ad determinandam causam spectari oportet, quia hoc ad instruendum satis est et diutius non oportet privatorum sive fisci emolumenta fatigari. DAT. XIIII KAL. IVN. SERDICAE CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTE C. CONSS.

---

*V*

1 a.] aa. *V*

---

X, 1, 5 (326 Dec. 31).

IDEM A. Defensionis facultas danda est his, quibus aliquam inquietudinem fiscus infert, cum facultates eorundem athuc controversia pendente inquietari describique fas non sit. Ubi ergo controversia extiterit fisco alicuius patrimonium vindicante, aput eum omnibus facultatibus constitutis cognitio ventiletur, ut, cum rei exitus debere eas vindicari probaverit, tum demum res persequi liceat et super modo facultatum ac rerum interrogationem haberi, quae per condicionales servos investiganda est, ut, si quid subtractum fuerit, exigatur et extrinsecus tantum aliud multae nomine, quantum fuerat per fraudem
1 ablatum. Sane in huiuscemodi quaestione si Caesariani nomen inciderit, ad usurpationem constitutionis istius non debebit accedere, si quidem consuetudo fraudium, quibus praedicti omnia temerare consuerunt, exceptionem eorundem meruerit. DAT. PRID. KAL. IAN. SIRMIO CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

---

*V.* — IVST. 10, 1, 7.

1 ad uolusianum pf. u *add. Pith. (inde Cui. 1586)* 4/5 uindicari] *Iust.*, uindicare *V* 5 tum] *V* *Iust. (Hal.)*, tunc *Iust. (WKOI)* 10 consueuerunt *Iust.* meruerint $V^2$

---

X, 1, 6 (348 Apr. 24).

IMP. CONSTANTIVS A. AD HIEROCLEM CONS(VLAREM) SYRIAE COEL(ES). Secundum legem, quam dudum promulgavimus, vanam appellationem recte non suscepisti. De cetero quoque in causis rebusque fiscalibus huiusmodi provocationes non debebis admittere. DAT. VIII KAL. MAI. PHILIPPO ET SALLIA CONSS.

---

*V*

1 coeles] coeli *V* secundum] ab edicti nostri tenore quem secundum *(ex 10, 1, 7)* $V^1$: *inde scholia Vaticana:* de appellatione contra fiscum data et recte refutata edicti tenor praecepit custodiri; id est ut intra annum quisque experiatur 4 sallia] *sic V constanter*

---

X, 1, 7 (357 Iun. 26).

IDEM A. ET IVLIANVS CAES. VERECVNDO RATIONALI SVMMARVM. Ab edicti nostri tenore, quo tempora negotiis sancienda esse censuimus, fiscales causae seiunctae sunt, quoniam

---

1 uerencundo $V^a$ 2 tempora] *Cuiacius,* tempore a *V*

fieri potest, ut per innumeras occupationes tui officii vel forte fraudulentam astutiam et venale silentium fiscalis petitio omni iustitiae ratione subnixa propter temporis angustias perimatur. P(RO)P(OSITA) VI KAL. IVL. VALLIS CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. CONSS.

*V*

2 ratione subnixa] *Gothofredus*, rationem subnixam *V* 3 caes.] *scr.* Caes. II

---

, 1, 8 (364 Febr. [?] 4).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD CAESARIVM COM(ITEM) RERVM PRIVATARVM. Universa loca vel praedia, quae nunc in iure templorum sunt quaeque a diversis principibus vendita vel donata sunt retracta, ei patrimonio, quod privatum nostrum est, placuit adgregari. DAT. PRID. NON. FEB. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

1 priuatarum] *Vrec.*, priuatorum *V* 2 quaequae *V* 3 ei] *V²*, et *V¹* 4 *subscriptio* | *dubia; eo die imperatores non fuerunt Mediolani.*

---

, 1, 9 (365 Mart. 9).

ID(EM) AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Observet in posterum eminentia tua, ne quid de rebus rei privatae violetur, nisi prius comes rerum privatarum fuerit gnarus. DAT. VII ID. MAR. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

---

1, 10 (365? 368? Nov. 17).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Qui in contractibus scelestis ac fisco perniciosis interversorum maculosis se fraudibus inplicuerunt, in quadrupli redhibitionem teneantur. DAT. XV KAL. DEC. HADRVMETO VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V.* — IVST. 10, 1, 8.

2 se] *Iust. (WRI)*, esse *V¹*, sese *Vrec. Iust. (O)* 3 dat. (*excidit dies et* acc.) xu kal. dec. adrumeto ualentiniano (ualentiano *Va*) et ualente aa. | conss. *liber; annos 370 et 373 excludunt rescripta reliqua ad eundem data*

---

1, 11 (367 Sept. 25).

IDEM AA. ET GRATIANVS A. ALEXANDRIANO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Ut perspicue colonorum utilitatibus consulatur, decima indictione singulas tantum dependant centesimas, qui reditus domui nostrae debitos quodannis iuxta consuetudinem arcariis tradunt; ita tamen, ut singularum quoque centesimarum ratio semper evidens scientiae tuae digesta referatur; videlicet ut erogationibus cunctis aperta instructione patefactis reliquorum ratio ex centesima possit agnosci. DAT. VII KAL. OCT. DOROSTORI LVPICINO ET IOVIANO CONSS.

*V.* — GEMINA 12, 6, 14 (*incipit* 2 singulas).

1 et grat. a. *om. gem.* perspicuae *V* decima] *scr.* a decima 3 arcariis *post* debitos *gem.* 4 sing. quoque] earum q. s. | *gem.* 5 uidelicet *om. gem.* ergorationibus *V* 6 centesima] eadem centesima *gem.* dorostoli *gem.* iouino *scr.*

---

1, 12 (379 Iun. 17).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. PANCRATIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Et mori veteri et constitutis nos maiorum accessisse cognoscas. Et alytarchae

1 et th.] th. *V* 2 mori] *V¹*, more *V²*

urbis Antiochenae plantandi plures, excidendae unius cupressi iubemus tribui facultatem. DAT. XV KAL. IVL. THESSAL(ONICAE) AVSONIO ET OLYB(RIO) CONSS.

V

---

X, 1, 13 (385 Sept. 17).

IDEM AAA. AD MESSIANVM PROCONS(VLEM) AFRIC(AE). In omnibus fiscalibus causis, quisquis iudicum cognitor resederit, exceptis magnificis viris largitionum nostrarum comitibus, quos extra ordinem negotia definire non multo ante lata secundum veteres mores constitutione praecepimus, si intra eandem provinciam res agatur, duos menses satis abundeque sufficere censemus; si ex contigua personae atque instructiones necessariae putabuntur, quattuor; si ex transmarina, sex. Cum vero de causae meritis interposita provocatione tractabitur, in eadem provincia partibus constitutis intra viginti, si ex contigua, intra quadraginta dies negotium terminetur. DAT. XV KAL. OCTOB. AQVIL(EIAE) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

V

3/4 latam s. u. m. constitutionem *V*   4 praecipimus *V*

---

X, 1, 14 (397 Dec. 17).

IDEM AA. HYPERECHIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Auri atque argenti maximum pondus plurimis diversisque temporibus usurpatum et ad aerarii nostri rationes non relatum cognovimus. Quod ne in dispendium rei privatae procedat, ut facilius accepti expensique ratio clarescat, nihil volumus de conlatione praedicta absque nostri auctoritate in quibuscumque provinciis usurpari, quo facilior sit discussio pecuniae, cuius nobis fuerit summa testatior. DAT. XVI KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

2 diuersisque] *scr.* diuersis   4 nostra *Gothofredus*   5 pecuniae] *V rec.*, percuriae *V*[1], percuniae *V*[2]

---

X, 1, 15 (396 Mart. 28).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD PAVLVM COMITEM DOMORVM. Si qua ⸢usquam⸣ loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupavit, secundum veteris census fidem in sua iura retrahentur. ⸢Rescribta igitur obreptionibus inpetrata cum praescribtione longi temporis et novi census praeiudicio submovebit auctoritas tua atque ita omnia suo corpori quae sunt avulsa restituet⸣. Neque enim ⸢aut precatio colorata aut⸣ incubatio diuturna aut novella professio proprietatis nostrae privilegium abolere ⸢potuerunt⸣. DAT. V KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

| IVST. 7, 38, 3 | IVST. 11, 67, 2 |
|---|---|
| | ⸢ ⸣ *om.* |
| | ⸢rescripta .... restituet⸣] rescriptis per obreptionem impetratis et praescriptione l. t. et n. c. pr. in hac causa submovendis. |
| ⸢*om.*⸣ | |
| ⸢poterit⸣ | |

*V.* — IVST. 7, 38, 3 = 11, 67, 2.

1 arc. et hon.] *V Iust. 7, 38, 3,* theodosius arc. et hon. *Iust. 11, 67, 2 (sic T,* arc. et hon. *om. KO)*   2 comitem domorum (domesticorum *Iust. 7, 38, 3 cod. S) Iust. utroque loco, om. V*   5 retrahantur *Iust. 11, 67, 2*   10 praecatio *V*

1, 16 (399 Nov. 20).

IDEM AA. APOLLODORO. Omnium praediorum, quae rei nostrae adgregata sunt, in diversis speciebus maxima pars passim ab inprobis direpta est. Et quamvis secundum iuris ordinem ea, quae erepta sunt, in quadruplum oportuerit postulari, clementiae tamen nostrae moderationem secuti decernimus ex eo die, ex quo iussio nostra fuerit celebrata, cessantibus frustratoriis defensionibus, quibus in exactorum personam refertur commissa direptio, intra tres menses ea tantum quae constiterit pervasa restitui. Quod si quispiam ingratus nostro beneficio solutionem distulerit, in dupli poena teneatur obnoxius. Qua condicione eos quoque volumus adstringi, qui in fugam versi esse dicuntur, ut, nisi intra constitutum tempus quae sunt direpta reddantur, ut ad modum dupli rei nostrae eorum praedia vindicentur. Officia quoque iudicum diversorum, si non exactores et conpulsores, quorum direptio arguitur, repraesentaverint tempore superius constituto, eadem poena retinebit, ipsis adversus fugientes actione servata. Iudicum quoque segnitiam in hac parte gravissima multa feriendam esse censemus. DAT. XII KAL. DECEMB. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

---

*V*

1 apollodoro] *procos. Africae* 6 quod] *V*², quam *V*¹ 9 ut *del.* 10 officia] *Beck,* | officio *V* 11 representaueriut *V*

---

1, 17 (420 Dec. 30).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PATRICIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Super creandis susceptoribus dispositionem tuae sublimitatis firmam esse praecipimus periculo procuratorum rei dominicae, ita ut omni ambitione cessante quae statuta sunt quaeque antiqua consuetudine commendantur, in pabulis vel sumptu familiae ministrando intemerata permaneant, super irenarcho et optione omni antiqua consuetudine observanda. DAT. III KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. VIIII ET CONSTANTIO III CONSS.

---

*V.* — IVST. 10, 1, 9.

2/3 periculo proc. rei dom. *ante* dispositionem *Iust.* 5 hirenarcho *V* omni] *Iust.*, omnia *V* | 6 iii] ii *V*

# II. DE DOMIBVS AD REM PRIVATAM PERTINENTIBVS DISTRAHENDIS VEL PRAETORIIS IVDICVM RESERVANDIS.

, 2, 1 (378 Sept. 25).

IMPPP. VALENS, GRA(TIA)NVS ET VALENTINIANVS AAA. COM(ITI) LARGIT(IONVM). Rationales vel ordinarii iudices earum domorum, quas procuratorum nequitia et rationalium neglegentia labi patitur in ruinas, instituant auctionem hastis habitis ex licitatione currente. Sane si quae sunt per varias provincias huiuscemodi domus, quales esse in Augustensi Suitranea civitate suggeritur vel aliis in locis, praestantes et privatis usibus ampliores, ut servari forsitan oportebit, iudicum mansionibus deputandas provincialium et eorum cura reficiendas. DAT. VII KAL. OCTOB. VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

---

*V*

1 *scr.* comiti sacrarum larg. 3 hostis *V*¹ ex] et *Gothofredus* 4/5 *fortasse scr.* in | Augustensi Traiana civitate *hodie Eski Zaghra* 6 ut *delendum*

X. 2, 2 (398 Oct. 27).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. FIRMINO COM(ITI) SAC(RARVM) LARG(ITIONVM). Ne domus ad nostrum patrimonium pertinentes, quae sunt in diversis urbibus, ex neglegentia nostro aerario adferant detrimentum, omnes licitatione habita volumus venundari. Palatinos autem fide probatos ire praecipimus. Ordinarios quoque iudices tua sublimitas admonebit, ut certa pretiorum fides et domorum sit iusta in auctione taxatio. DAT. KAL. NOVEMB. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

*V*

1 com. s. l.] com. r. p. *lex 10, 10, 22 omnino cum hac iungenda; utro loco erratum sit, non liquet. Idem appellatur* com. s. l. *in constitutione a. 398 Mai. 24* (1, 11, 2 + 11, 19, 4), *com. r. p. in altera a. 399 Mart. 18* (12, 6, 25) 5 praetiorum *V* kal.] ui kal. *lex iungenda*

## III [= BREV. II]. DE LOCATIONE FVNDORVM IVRIS ENFYTEVTICI ET REI P(VBLICAE) ET TEMPLORVM.

*in* fundorum *finit O* iures *E* enfyteutici] *VC*, enfiteutici *PMLS*, enfitheutici *H*, enpheteutici *N*, infeteutici *E* et rei] rei *GE* publiae *L*[a] et *om. N* temporum *G* — *Iust.* 11, 71: de locatione praediorum civilium vel fiscalium sive templorum sive rei privatae vel dominicae

X, 3, 1 (362 Mart. 13?).

IMP. IVL(I)ANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Possessiones publicas civitatibus iubemus restitui ita, ut iustis aestimationibus locentur, quo cunctarum possit civitatium reparatio procurari. P(RO)P(OSITA) ID. MART. CONSTANTINOP(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

*V*

3 id.] iii id. *iunctae*

X, 3, 2 [= BREV. X, 2, 1] (372 Iun. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Curialibus omnibus conducendorum rei publicae praediorum ac saltuum inhibeatur facultas: illo etiam observando, ne quis curialium vel de extraneis civitatibus fundos aut loca huiusmodi conductione suscipiat. DAT. VI KAL. IVL. TREVIRIS MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

INTERPRETATIO. Omnibus curialibus conducendorum rei publicae agrorum ac saltuum licentia denegetur: illut specialiter observandum, ut nullus curialis vel de extraneis civitatibus agros ac loca supra scripta sub qualibet condicione suscipiat, ne sub hac occasione servitia curiae debita non inpendant.

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).*

1 et *om. O* ppo] pfu *G*, prefectum *H*, praepositum *S*, ppm *E* 2 conducentorum *N* saltuum] sola tantum *E* 3 illut *NGEPMLS* obseruandum *NGES* ne] ut ne *E* curialum *H* fundo *V*[1], fundus *NE*, agros *H* aut] *VN*, hac *HS*, ac *GOECPML* loca] *V*[2] *brev.*, locos *V*[1] 4 huiusmodi] supra scripta sub qualibet *H* conductione] *brev. (in his Pith.) praeter S*, condicione *VS cum interpretatione* suscipiant *NG*, suscipiant ne sub hac occassione seruitia curie debita non inpendant *H* dat. ui (u *GEC*) k. iul. (iun. *NC*) treu. (triberio *(sic) V*, trium *S*) mod. et arintheo (arantheo *N*, arinto *O*, aristeo *PMS*) *libri* 6 illut] illo *C* obseruandum] *NGEP*[2], obseruando *H(?)* *CP*[1]*MLS* curiales *N* uel *om. N* 7 ac] aut *NES* condicione] *HNPMLS*, conductione *EC*, condicione (uel *ins. G*[b]) conductione *G* suscipiant *NEPML* nec *C* hac *om. HN* 8 deb. cur. *G* inpedant *L*, inpendat *G*

3, 3 (380 Iun. 12).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. PANCRATIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Secundum legem divi Valentiniani, quae semel conductas possessiones nulla ad alios constituit ratione transferri, nullum priorem conductorem a secundo patiaris excludi, sed penes eos iugem permanere iubeas possessionem, quos priore conductionis iure eandem meruisse constiterit. DAT. PRID. ID. IVN. THESSAL(ONICAE) GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

*V*

4 paenes *V*

---

3, 4 (383 Ian. 18).

IDEM AAA. NEBRIDIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Ut quisque conductor fuerit inventus possessor fundi, qui ex publico vel templorum iure descendit, huic ⌜cum augmento oblato⌝ ager iungatur inutilior. Quod si contra id reluctandum existimaverit, alius possessor sub eadem praestatione quaeratur, vel si voluntarius quis conductor non invenietur, tunc ad possessores antiquos, id est decuriones vel quoslibet alios, loca iuris praedicti adiunctis inutilibus revertantur ⌜sine adiectione tertia⌝, idoneis fideiussoribus praebitis. DAT. XV KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

IVST.
⌜c. a. o.⌝ *om.*
⌜s. a. t.⌝ *om.*

*V.* — IVST. 11, 59, 6.

2 uel] uem *V*ᵃ   5 quis] *V*, qui sit *Iust.*   8 tertia] tertiae *Gothofredus*, certa *ego* idoneos *V*¹   prebitis *V*², probatis *V*¹, praestitis *Iust.*

---

3, 5 (400 Nov. 26).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Aedificia, hortos adque areas aedium publicarum et ea rei publicae loca, quae aut includuntur moenibus civitatum aut pomeriis sunt conexa, vel ea quae de iure templorum aut per diversos petita aut aeternabili domui fuerint congregata, vel civitatum territoriis ambiuntur, sub perpetua conductione, salvo dumtaxat canone, quem sub examine habitae discussionis constitit adscriptum, penes municipes, collegiatos et corporatos urbium singularum conlocata permaneant omni venientis extrinsecus atque occulte conductionis adtemptatione submota. Officia etiam palatina decem librarum auri multae subiaceant, si cui adversus praecepta huius sanctionis venienti aditum adsentatione praestiterint. DAT. VI KAL. DEC. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

*V*

1/2 hortos atque areas] *requiritur* horti atque areae   3 uel ea . . . 4 congregata] *scribendum* praeter ea . . . . . congregata *collocandaque haec post* ambiuntur   4 aeternabuli *V*¹   5/6 sub examne (*sic*) h. d. c. adscriptum *om.* *V*¹   9 uenienti] *Beck*, ueniendi *V*   ui] u *leges iungendae*

---

3, 6 (401 Iul. 27).

IDEM AA. NESTORIO COM(ITI) REI PRIV(ATAE). Nullus palatinorum, qui in officio rei privatae nostrae militat, conductoris nomine vel per se vel per quamlibet personam possessionum huiusmodi conducendarum habeat facultatem ⌜. DAT. VI KAL. AVG. VINCENTIO ET FRAVITTA CONSS.

⌜ cum neque militi neque curiali hoc faciendum permittimus IVST.

*V.* — IVST. 11, 73, 1.

5 frauitta *V hoc solo loco, praeterea* frauito

X, 3, 7 (417 Mai. 14).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. VRSACIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). POST ALIA: Enfyteutici iuris praedia ita locari praecipimus, ut cessante inlustris privatarum comitis iussione quanta sors in aliis functionibus fuerit sublevata, tanta etiam in pensione demature.

1 Illut quoque pari diligentia statuimus, ut, si quis etiam rescribtum de nostris altaribus meruerit alium inspectorem loca debere discutere, subreptio ista vacuetur et illut valeat, quod probatissimi peraequatoris generalis electio, non specialis et gratiosa forsitan, definivit ambitio. DAT. PRID. ID. MAI. RAV(ENNAE) HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO II CONSS.

---

*V*

## IIII [= BREV. III]. DE ACTORIBVS ET PROCVRATORIBVS ET CONDVCTORIBVS REI PRIVATAE.

et (*sic VG, om. reliqui*) proc. et (*om. PMLS*) cond. *om. O* priuatae] publicae et priuatae *G* — *Iust.* 11, 72: de conductoribus et procuratoribus sive actoribus praediorum fiscalium et domus Augustae.

X, 4, 1 [= BREV. X, 3, 1] (a. 313[?] Mart. 5].

IMP. CONSTANTINVS A. AD FILIPPVM VIC(ARIVM) VRB(IS). ⸢Si quis ab actore rerum privatarum nostrarum sive a procuratore fuerit vexatus, super eius calumniis vel depraedationibus deferre querimoniam non dubitet. Quae res cum fuerit conprobata, sancimus, ut idem, qui contra provincialem quidquam moliri fuerit ausus, publice concremetur,⸣ ‖ quoniam ‖ gravior ⸢ poena constituenda est in hos, qui nostri iuris sunt et nostra debent custodire mandata. DAT. III NON. MAR. HERACLEAE CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

IVST. 3, 26, 9

⸢Univeri fiduciam gerant, ut, cum quis eorum ab actore rerum privatarum nostrarum sive a procuratore fuerit vexatus iniuriis, super eius contumeliis vel depraedationibus deferre querimoniam sinceritati tuae vel rectori provinciae non dubitet et ad publicae sententiam vindictae sine aliqua trepidatione convolare. Quae res cum fuerit certis probationibus declarata, sancimus et edicimus, ut, si in provincialem hanc audaciam quisquam moliri fuerit ausus, publice vivus concremetur⸣. ‖

‖ IVST. 11, 72, 1 | ⸢ enim

INTERPRETATIO. Quicumque ab actore dominico vel a procuratore fuerit alicuius iniuriae inprobitate vexatus, de eorum calumniis vel depredationibus ad principem convolare debebit. Quae res si potuerit adprobari, eos, qui circa provinciales talia facere ausi sunt, placuit incendio concremari, quia graviorem poenam principes constitui voluerunt in eos, qui sui iuris sunt et sua debent custodire mandata.

*V.* — BREV. (*HNGO[om. int.]ECPMLS*). = IVST. 3, 26, 9. 11, 72, 1.

1 imp. constantinus ā] impp. ualent. et ualens āā (*ex constitutione cum hac contaminata*) *Iust.* 2 uic urb (*om. G*)] uirum clarum urbis *S*, ppm uicr orbis *N* 3 actore (auctore *S*) rerum] actorerum *V*[1], actore rem *N* 4 a *om.* *E*[a] procuratoribus *N* 5 calumnies *N* 5/6 depredationibus *V* 6 quaerimoniam *V*, querimonia *H* 7 qua *H*, et quae *P* 8 probata *E*[a]*PMLS* sanximus *H* qui *om. N* 9 prouinciales *C*[a] quidqam *V* 12 constuenda *M*[a] 13 nostra debent] non adhibent *G*[t] 13/14 dat. iii (iiii *E*) non. mart. heracleae (heraclie *PM similiterque reliqui*) const. (constantio *E*) ā (*om. O*) iii (*om. PMS*) et lic. iii (*om. VGOE*) *libri: vere a. 313 Constantinum non fuisse Heracleae cum constet, nisi Licinii est, subscriptio corrupta est, nam ante devictum Licinium Constantinus partes Orientis non adiit* 15 auctore *S* a *om. L* fuerit *om. H* alicuius *om. L* 16 probitate *M* 17 quae res] quare *G* adprobare *GE*[b] circa] contra *E* prouincialibus *C* taliter *G* 18 poena *N* principis *E*[a] 19 et *om. N* debet *N*

, 4, 2 [= BREV. X, 3, 2] (365 Iul. 22).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SEVERVM VIC(ARIVM) VRB(IS). Divum Iulianum hoc conpetentissime decrevisse conperimus, ut actores rei privatae nostrae minime necessitatibus terrerentur adque adflictarentur iniuriis, quas saepenumero rectores provinciarum vel adrogatione inlicita principalium vel propriis decretis ordinis fieri censuissent. Quod adeo nos probamus, ut ratum esse iubeamus. DAT. XI KAL. AVG. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Iulianum principem bene ac salubriter statuisse certissimum est, ut actores domus dominicae nullis necessitatibus turbarentur aut fatigarentur iniuriis, quas eis frequenter rectores provinciarum per suggestiones principalium facere consuessent. Cuius facti constitutionem in tantum rationabilem et necessariam iudicamus, ut firmam permanere iubeamus.

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).*

1 syrum *N* uicarium] $\overline{\text{uc}}$ *GE*, ū *H*, uirum clarum *S* urbis *om. GE* 2 hoc *om. PML Pith. (ex 2)* conpetitissime *V*, conpetissime se *G*, conpetentes me *S* auctores *S* nostris *H* 3 adque] et *O* quas *om.* $V^1$ 4 arrogationem *G* inlicitam *G* pr. decr. ordinis (hordines *H*, ordines $G^t$)] proprii ordinis decr. *O: temptavi* pr. decr. ordinatis feri $L^a$ censuissent] $V^2$*HGECPMLS*, consuissent $V^1$*N*, consuessent *O* 5 adeo] ideo $G^b$ probauimus *G* iubemus $G^a$*C* 5/6 dat. xi *(sic VHNECS*, x *GPM*, ix *O)* k. aug. med. *(om. O)* ual. et ualente (eum *ins. S*) aa. *(om. HEC) libri* 7 principe *N* instituisse *E* auctores *S* 8 nulli *S* terrerentur *G* fagitarentur *M*, flagitarentur *PLS* quae *N*, qua se *S* ei *G* 9 suggessiones *NE*, suggestionem *L*, successiones *H* facere] fieri *PMS* consuissent $NG^aE^a$, consueuissent $HG^bC$, censuissent $E^b$*PMLS* 10 necessarium *N*, necessaria *E* firma *NL*

, 4, 3 (370? 373? Apr. 4).

IDEM AA. AD CRESCENTEM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). In negotio criminali per rationalem colonos vel conductores rei privatae nostrae, quorum repraesentatio poscitur, exhibendos esse sinceritas tua cognoscat, in civili vero causa defensorem domus nostrae adesse debere. DAT. PRID. NON. APRIL. ALTEIO VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

4 *locus excludit annum 365, rescripta alia ad eundem data annis 371 et 372 annum 368*

## V. QVI CONDVCTORES REI PRIVATAE FIDEIVSSORES EXIGI NON DEBENT.

, 5, 1 (398 Apr. 29).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVLOGIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Quidquid divi parentis nostri Val(entin)iani senioris iussio de fundis privatae rei continebat, nostra etiam auctoritate firmamus. Ut igitur ille praeceperat, ne consistoriani comites fideiussores in suscipiendis possessionibus darent, quod etiam divus Gratianus secutus est, custodiri oportet. DAT. III KAL. MAI. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

*V*

2 rei] *Vrec.*, •ei *V*

## VI. DE GREGE DOMINICO.

*Iust.* 11, 76.

, 6, 1 (395 [396/7] Nov. 30).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Propositis sublimis magnificentiae tuae minimi maximique moneantur edictis, ut sciant singulas auri

2 edictis *ante* 1/2 sublimis *Iust.*

libras ex propriis facultatibus eruendas pro singulis equis vel equabus sive Hermogenianis sive Palmatis, nisi eas sponte obtulerint, in his vero, quos ex aliis gregibus occupatos esse constiterit, sex auri uncias fisci viribus inferendas. DAT. PRID. KAL. DEC. CONSTANT(INO)-P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

---

*V.* — IVST. 11, 76, 1.

2 eas] eos *Iust.* 3/4 *Rufinus occisus est die V k. Dec. potestque ita defendi is qui hic traditur.*

## VII. DE CAESARIANIS.

X, 7, 1 (317 Iul. 21).

IMP. CONSTANTINVS A. AD BITHYNOS. Caesarianos in actu dumtaxat constitutos ad perfectissimatus vel ducenae vel centenae vel egregiatus dignitates non oportet admitti. Sed si inculpate conpleverint suum officium et ab omni vacent ratione fiscali iudicio, datam huiusmodi dignitatem prodesse eis oportet. DAT. XII KAL. AVG. GALLICANO ET BASSO CONSS.

---

*V*

4 *cum data sit ad Bithynos, esse videtur Licinii, nisi fallit dies.*

---

X, 7, 2 (364 Apr.[?] 22).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Non convenit Caesarianos inconsultis nobis ad alicuius corporis molestiam devocari. Quapropter si alicui corpori necessarii fuerint visi, ad nostram mansuetudinem referatur, ut nobis decernentibus his iubeantur adiudicari, quibus eos rectissima ratione postulari nostra mansuetudo perspexerit. DAT. X KAL. MAI. SIRMIO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSVLIBVS.

---

*V*

4 ratiue *V* 5 *eo tempore Valentinianus non fuit Sirmii.*

## VIII [= BREV. IIII]. DE BONIS VACANTIBVS.

*Iust.* 10, 10 de b. v. et de incorporatione.

X, 8, 1 (313 Mart. 10).

IMP. CONSTANTINVS A. AD AEMILIVM V(IRVM) P(ERFECTISSIMVM) RATIONALEM. Si quando adnotationes nostrae contineant possessionem sive domum quam donaverimus 'integro statu' donatam, hoc verbo ea vis continebitur, quam antea scribebamus, 'cum adiacentibus et mancipiis et pecoribus et fructibus et omni iure suo', ut ea, quae ad instructum possessionis vel domus pertinent, tradenda sint. DAT. VI ID. MAR. MED(IOLANO) CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

---

*VT (incipit 2 siue domum).* — IVST. 10, 10, 2.

1 constantius *V* 2 statu] *V Iust.*, statum *T* 3 quam om. *V*[1] ante *Iust.* 4 quae] que *VT* instructum] *V Iust.*, structum *T* 5 6 dat. ui (uii (?) *T*) id. mart. med. constantino (constand(?)o *T*) a. iii (om. *T*) et licinio iii (l(?)l(?)l(?)] *T*, om. *V*) libri

**X, 8, 2** (319 Mart. 11).

IDEM A. AD PRISCVM RATIONALEM. Ne principali liberalitate praeventa dominium quis rei alienae affectet, iubemus, quotiens iure suadente aliquorum bona ex officio tuo fuerint occupata, breves eorum plenissimos ad virum perfectissimum comitem et amicum nostrum mitti, ne fraudibus Caesarianorum inminuantur vel petentibus aliquid abiuretur; poena contra rationalem et officium eius proposita, si petitorem ante possidere permiserint id quod ei donatum est priusquam praedicti breves commeaverint. DAT. V ID. MAR. SIR(MIO) CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

---

*VT*

1 liberalitatem *T* praebenta *T* 2 affectet] *V*, adtrectat (?) *T* suadent *T* 3 brebes *V* com(item) *T* 4 inminuantur] *T*, minuantur *V* abiuretur] *scr. fortasse* ab iis detur 5 permiserit *V* 6 remeauerint *T* 7 licinio c̄ (?) ɔss$^{u}$ *T*

---

**X, 8, 3** [= BREV. X, 4, 1] (326 Aug. 3). — ANTHEMIVS Nov. 3.

IDEM A. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nec interpellatis his, quibus pro laboribus suis ac meritis aliquid donaverimus, sed in iure suo, hoc est sine molestia litis manentibus, concitatorem iudicii, qui inquietudinem inferre temptaverit, examini tuo praesentari oportet, ut citra molestiam possidentis ius suum manifestis probationibus doceat: in quo partes reluctantis ipse suscipies, quoniam fructus liberalitatis nostrae pulsatur. Hac enim lege sancimus, ut, quicumque in tales venient querellas, secundum praedictam formam ius suum ostendant: his quae conperta fuerint ad nostram scientiam referendis, ut salva possidentium proprietate, quibus, ut dictum est, in perpetuum quaesita est firmitas possidendi, deliberationis nostrae sit, qualiter his, qui allegationes suas probaverint, beneficio lenitatis nostrae extrinsecus debeat subveniri. RECITATA III NON. AVG. IN PALATIO CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Non inquietentur hi, quibus aliqua pro suo labore donavimus, sed omnibus, quae his donavimus, in ipsorum iure positis is, qui eos inquietare voluerit, ad iudicii audientiam pertrahatur sine aliqua molestia possidentis; ius suum pulsatus valeat confirmare omnibus, quae de hac re inter praefatos acta fuerint, ad nostram notitiam referendis, ut et nostris inquietatus remediis adiuvetur.

---

*VT.* — BREV. (*HNGO[om. int.]ECPMLS*).

1 idem] imp. constantinus *brev.* ad seuero *L* p̄ū] *VTPML*, p̄ub *H*, publium *S*, p̄fu *GC*, ppm̄ *NE* nec] ne $G^{a}$*L* interpellantis *N*, interpellent *PMLS* his] hi *PMLS* latoribus *N* 2 donauimus *PMLS* sed in] sine $V^{1}$ sine] *VH(?)OES*, in *NGCPML Pith.* molestiam *NL* lites *N*, multis *Pith.* 3 concitare *G* iudices $G^{v}$ temptauerint *H*$G^{v}$ presentare $G^{t}$ 4 ut] et *H* cetera $N^{a}$ modestiam (*em. m. rec.*) *V* possidentes *TGS*, possedentes *N* doceant *HGE* 5 reluctantis] *VTO*, reluctantes *reliqui* suscipiens *TS*, suscipias *G* libertatis *E* pulsatus *H* haec *LS*, hanc *E* enim *om.* *T* 6 leges *L* ueniens *H*, ueniunt *NGECL* quaerellas] *VT*, quaerellae *N* praedicta forma *L* 7 ostendunt] manifestis ostendunt *G* quae] qui $G^{t}$ fuerit $G^{t}$ nostra exientia *L* 7/8 salua p. propr.] ad (*om.* $G^{a}$) saluam p. proprietatem *G* 8 est *om.* $M^{1}$ firmatas *L* 9 liberationis *E* sint *NC* qui all. s. probauerint (adprob- *G*) beneficio *om.* *L* 10 laenitatis *T* extrinsecus] et e. *C* subuenire $H^{a}$*GL* 10/11 recitata (*sic V et reliqui*, dat. *T*, proposita *O*) iii (*sic VH*, iiii *NGOECPMS*, *inc. T*) non. aug. in pal. (constantinopoli *ins. GO*) const. a. uii (ui *TG*) et constantio c (*om. PMS*) *libri; firmat subscriptionem laterculus praefectorum* 12 hii *HNGEL* sua *G* 12/13 omnibus *om.* *PMLS* 13 his (eis *HG*) donauimus (donabimus *N*)] *libri*, a nobis donata sunt *edd.* is] ex his *L*, hii $G^{v}$ *E*, *om.* $G^{t}$ uoluerint *HG*$E^{b}$ iudicis *E* 14 pertrahatur *N*$E^{a}$*C*, pertrahantur *HG*$E^{b}$, adtrahatur *PMS*, adtrahantur *L* sine] *NGECPMS*, ut sine *H*[?)*L* molestiam *N* possedentes *N*, possidens $G^{b}$ pulsatus] *libri reliqui*, pulsatur $E^{a}$, pulsator $E^{b}$, pulsatos *edd.* confirmari *E* 15 de *om.* *H* praefatus *N*, priuatos *PMLS* acta] sancte $G^{t}$ fuerit *N* preferendis *G*, referendam *S* ut *om.* $E^{a}$ et *om.* *L* 16 inquietatibus *S*

X, 8, 4 (346 Iun. 9).

IMP. CONSTANTIVS A. AD IVVENALEM RATIONALEM NVMIDIAE. **Quamvis plurimis petentibus facultates eorum, qui sub hoste publico egerunt adque in proelio poenas debitas pependerunt, liberalitas nostra largita sit, tamen volumus, ut aurum argentum et mancipia urbana et vestes ceteraque mobilia petitores habeant, qui iam meruerunt vel postea inpetraturi sunt, mancipia autem rustica et possessiones et domus ad fiscum pertineant officii tui instantia, his etiam reddituris, qui haec percepisse noscuntur, ut constitutio et de praeterito et deinceps habeat firmitatem.** DAT. V ID. IVN. CONSTANTIO A. IIII ET CONSTANTE A. III CONSS.

*VT*

1 constantius] *T*, constantinus *V* iubenalem *T* 1/2 paetentibus $V^2$, paenitentibus $V^1$ 3 ut] aut $V^1$ 5 domos *V*, domus *potius quam* domos *T* 6 noscuntur] *V*, connoscuntur $T^a$, cognoscuntur $T^b$ 6/7 et de] et *T* 7 u] *T*, *om.* *V* 7/8 constante a. iii] constante iii a. *T*, constante iii *V*

---

X, 8, 5 (435 Oct. 9).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENTINIANVS AA. HERMOCRATI C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Si vacantia vel ⸢caduca⸣ bona delata legibus ad aerarium ⸢in Achaia⸣ perhibeantur, certi palatini electi et iure iurando obstricti mittantur, ut eorum instantia ⸢v(ir) s(pectabilis) proconsul⸣ praesente fisci patrono diligenter inquirat, cuius vacans ⸢caducumque⸣ fuerit patrimonium quantumque vel quale videatur. Et cum data reclamandi copia nullum id iure possidere vel vindicare constiterit locumque aerario factum esse tam ipsius relatione quam publicorum monumentorum fide constiterit, rerum nobis notitia intimetur, ut iussu nostro vacantia vel ⸢caduca⸣ nomine occupentur aerarii, || quo petentes a nobis huiusmodi res sic demum, si ita visum fuerit, responsum legitimum mereantur: quorum petitiones, antequam res praedicto ordine procurentur, nec accipiendas nec instruendas esse censemus. || Quae forma etiam in parte bonorum ⸢ in una alterave re seu actione una vel etiam pluribus servetur. Nam si quid per fraudem in dispendium aerarii fuerit admissum, missi quidem executores, non ⸢vitante⸣ indignationem ⸢proconsule, parte facultatum dimidia multabuntur:⸣ fisci vero patronus detrimentum, quod vitio eius fisco ingeritur, resarcire urguebitur || aut si litem inprobe cuiquam intenderit, redhibitione sumptuum damnorumque cohercebitur, petitores autem bonorum omni petitionis emolumento carebunt. DAT. VII ID. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. XV ET QVI FVERIT NVNTIATVS CONSS.

IVST.
⸢alio modo⸣
⸢ ⸣ *om.*
⸢praeses provinciae⸣
⸢cadensque⸣
⸢aliae res⸣
|| *fin.*
|| *redit*
⸢ vel
⸢evitant⸣ | ⸢praeses autem f. p. d. multabitur⸣
|| *fin.*

*VT.* — IVST. 10, 10, 5.

1 hieritocrati *V* 3 aerarium in *om.* *T* hachaiam $T^b$, hacaiam $T^a$, achia *V* perhibeantur] *Iust.*, perhibeutur *T*, prohibeantur *V* 4 electi et] *V Iust.*, et electi *T* mittantur] *T Iust.*, *om.* *V* 4/5 ut eorum instantia ūs̄ (*sic* $V^2$, uir spectabilis *T*) proconsule (prconsule *V*, proconsules *T*) *om.* $V^1$, *add.* $V^2$ (*non* $V^{rec.}$) 6 inquirat] *T Iust.*, inquirant *V* 7 uideatur] *VT*, ei uideatur *Iust.* (*KO*) 8 copiam *T* 9 locum quae *T* 14 quorum] *scr.* quoniam 14/15 procuretur *V*, pra(?)e(?)curentur *T* 16 alteraue re] *V Iust.*, altera *T* 17 etiam] *T Iust.*, iam *V* 17/18 per fraudem] *T Iust.*, fraude *V* 19 exececutores *T* indignationem] *Iust.*, indignatione *VT* proconsole *T* 20 dimidiam *T* 20/21 detrimento *V* 22 aut] ut $V^1$ *T* 24/25 dat. uii (*sic V Iust.* [*Cui.*], uiii *T*) id. oct. const. (*om. T*) d. n. th. a. (*om. T*) xu et q. f. nuntiatus (*sic VT*, th. xu et ualentiniano iiii aa. *Iust.* [*Cui.*])

# VIIII. DE INCORPORATIONE.

*Iust. 10, 10 (v. ad 10, 8 rubr.).*

X, 9, 1 (369 Mart. 29).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD FLORIANVM C(OMITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Si quando aut alicuius publicatione aut ratione iuris aliquid rei nostrae addendum est, rite adque sollemniter per comitem rerum privatarum, dein rationales in singulis quibusque provinciis commorantes incorporatio compleatur et diligens stilus singillatim omnia adscribat. Tituli vero, quorum adiectione praedia nostris sunt consecranda ⌜nominibus,⌝ non nisi publica testificatione ponantur; gravissimis statim subdendis suppliciis, qui huiusmodi aliquid propria usurpatione temptaverint. DAT. IIII KAL. APRIL. VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

⌜substantiis⌝ IVST.

*VT.* — IVST. 10, 10, 3.

1 florianum] *T Iust.*, florentinum *V* 1/2 crp *T*, com rerum priuatarum *V* 2 aut] *V Iust.*, in *T* 2/3 rei n. a. est] *V*[2] *T Iust.*, n. a. est rei *V*[1] 3 comitem] *V Iust.*, comites *T* rerum priuatarum] *V Iust.*, rei p[ri]uatae *T* dein] *V*, deinde *Iust.*, et *T* 4 impleatur *Iust.* 5 adscribat] *V Iust.*, discribat *T* 6 non *om. V*[1] 8 np *T*, nobilissimo puero *V*

X, 9, 2 (395 Nov. 14).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVLOGIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Quicumque a nobis caducas vacantesve meruerit facultates, sive cum auro vel argento, quod specialiter rarum erit, nam saepius habita horum exceptione praestantur, post allegationem beneficii principalis omnium bonorum, id est immobilium moventium vel, ut plenissime loquamur, praediorum urbanorum aedium mancipiorum animalium argenti auri ornamentorum vestium pecuniae fiscus incorporationem traditionemque percipiat. Et cum officii palatini brevibus fuerint cuncta conpetenter inserta, omne illud, quod ex quibuslibet corporibus est repertum, nostris auribus intimetur. Nec quicquam horum ad petentem ante perveniat, quam suggestione sublimitatis tuae informata mansuetudo nostra traditionem secundario praecepto prioris liberalitatis inpertiat: ut, nisi denuo a nobis fuerint confirmata, quae videntur impetrata, nihil valeant. DAT. XVIII KAL. DECEMB. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*VT [finit 3 habita hor].*

2 siue] *fortasse scr.* si uel] *T*, siue cum *V* 3 erit] *V*, erat *T* praestantur] *Beck*, praestatur *V* 4 omnium] *Beck*, omnem *V* immobilium] *Seeck*, mobilium *V* 5 urbanorum] *scr.* rusticorum et urbanorum

X, 9, 3 (418 Oct. 11).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. LARGO P(RO)C(ONSVLI) AFRIC(AE). Et moris veteris instituto incorporationem bonorum anteferri conpetitionis effectui decernimus et de possessore iam fisco referri ad viri inlustris privatarum largitionum comitis scientiam censemus: illud conpetitoribus conpendium relaxantes, ut, quod a mansuetudine nostra iterata supplicatione poscendum fuerat, ab eius sublimitate non expectato imperiali beneficio postuletur. ET CETERA. DAT. V ID. OCTOB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) XII ET THEOD(OSIO) VIII AA. CONSS.

*V*

1 proconsuli] p̄ ū *V* 2 et de] *V*[2], et *V*[1]

# X [= BREV. V]. DE PETITIONIBVS ET VLTRO DATIS ET DELATORIBVS.

de pet. *(om. rel.) O* et (e *L*, *om. G*) ultro *bis S* dilatoribus *NG*. — *Iust.* 10, 11 de delatoribus; 10, 12 de petitionibus bonorum sublatis.

X, 10, 1 (313 Ian. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. POST ALIA: De delatoribus iam certa statuimus; quibus si quis contra fecerit, poenam capitalem excipiet. P(RO)P(OSITA) XV KAL. FEB. CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

---

*V*

---

X, 10, 2 [= BREV. X, 5, 1] (319 [?] Dec. 1).

IDEM A. AD POPVLVM. Conprimatur unum maximum humanae vitae malum delatorum exsecranda pernicies et inter primos conatus in ipsis faucibus stranguiletur et amputata radicitus invidiae lingua vellatur, ita ut iudices nec calumniam nec vocem prorsus deferentis admittant, sed si qui delator exstiterit, capitali sententiae subiugetur. DAT. ET P(RO)P(OSITA) IN FORO DIVI TRAIANI KAL. DECEMB. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Delatores dicuntur, qui aut facultates prodiderint alienas aut caput inpetunt alienum. Quicumque delator cuiuslibet rei extiterit, in ipso proditionis initio a iudice loci correptus continuo stranguiletur et ei incisa radicitus lingua tollatur, ut is qui proditor futurus est nec calumnia nec vox illius audiatur.

---

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — *Scholia Vaticana*: iubet delatores infurcari debere.

1 idem] imp. constantinus *brev.* ā *om. O* cumprimatur *N*, conprematur *HE* unam maximam *H* malum *ante* max. *G* delator *H* 2 exsecranda *om. L* et] sed *GE*b conatos *G*a, cognatos *E* in *om. E* stranguiletur] *VPML*, stranguletur *HOECS*, stranguelentur *N*, strangulentur *G*b, strangulantur *G*a amputatis (?) *E*b 3 radicitus *om. O* inuidiae *om. G* iudicis *E* calumniam] linguam *C* 3/4 deferentes *NGS* 4 si *om. PMLS Pith.* quis *NGEC* capitale *N* sententiae] *V H(?)O*, sententia *GECPML*, sententiam *N* subiungetur *G*b 4/5 dat. et *(om. G*b*)* pp *(inserit* rom̄ *H)* in foro diui *(om. VO)* traiani (iii *ins. C*) k. dec. constantino (constantio *E*) a. *(om. H)* u *(VNGC, om. reliqui)* et lic. c *(sic V NC, om. reliqui) libri.* — 6/7 inpetunt] *HG*v *EC*, inpetant *N*, inpetit *G*t*PMS*, inpetiit *L* 7 initio] initio rei (?) *E*b 8 stranguiletur] *NPML*, stringuletur *H*, stranguletur *GES*, extranguletur *C* ei *om. HPML* (h)is qui] *libri*, si quis *edd.* 9 est] erat *E* ipsius *P MS*

---

X, 10, 3 [= BREV. X, 5, 2] (335 Mart. 22).

IDEM A. AD PROVINCIALES. Omnes iudices invigilare praecipimus et delatores ⌈ poenis adficere. Apertissimi enim iuris est, ut, quod ex cuiuscumque patrimonio ceciderit in casum, et legibus et retro iuris ordine fisci advocatis agentibus vindicetur. Sed quia nonnulli praecipites secundum ius possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus, qui

⌈ sine fisci advocato denuntiantes IVST.

---

1 ad] a *H*a 1/2 praecepimus *HNE* 2 et] *V*, ut *NL Iust. (X)*, *om. G*b *Iust. (reliqui)* 3 ut *om. HN Pith.* cuiusque *G* in] et in *E* casu *PMLS* 4 legibus] in l. *E* ordinem *HE* quia non *om. (in sp. vac.?) H* nonnulli] nonnullos *G*v, non *S* 5 praecipites] praecepitis *N*, praecipitet *M*, precipit *H*, precipit (precepit *E*) esse *GE* differre *G*

se laesos existimant, contra delatores severitatem iudicum inplorare ferro destrictam. || Nemo enim potest delatorem plus agnoscere quam ille, qui iniuriam per eius nequitiam sustinuit. DAT. XI KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) CONSTANTIO ET ALBINO CONSS.

|| *fin.* IVST.

INTERPRETATIO. Custodientes iustitiam nomen persequimur delatorum, ita ut, cum agniti et convicti fuerint delatores, gladio puniantur.

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 10, 11, 5.

1 se *om. L* lesis *V (em. m. rec.)*, laetos *N* exaestimant *N*, exstimant *PML*, aestimant *S*, estimant licentiam *O* delatore *L* iudicium *G*[a] 1/2 ferro destrictam (distr- *HNGES*) *om. O* 2 delatorum *E* 3 eius *om. S* nequiam *M*[a] 3/4 dat. xi *(sic VE*, x *NGCP MS*, xii *O*, *om. H)* k. apr. constantinopoli (-lim *H*) constantio (constantino *H Pith. [ex 2]*) et albino (abieno *G*) *libri* 5 custodiente *H* iustitia *E*, iustia *H* persequitur *G*[t], persequantur *G*[v] delator *N* cum] eum *N* 6 puniatur *L*

X, 10, 4 (338 Iun. 12).

IMP. CONSTANTIVS A. CELSINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Innocentiam securitate firmantes et quorundam audaciam prohibentes edictum promulgavimus, ne quid occultis delationibus possit in hominum licere fortunas. DAT. PRID. ID. IVN. VIMINAC(IO) VRSO ET POLEMIO CONSS.

*V.* — THEODERICVS 50.

X, 10, 5 (340 Febr. 2).

IDEM A. CALLEPIO RATIONALI TRIVM PROVINCIARVM. Donatarum rerum dominium his tradatur, quos anteriores tempus imperialis donationis ostenderit. DAT. IIII NON. FEB. NAISSO ACINDYNO ET PROCVLO CONSS.

*V*

3 acyndino *V*

X, 10, 6 (342 April. 6).

IDEM A. AD EVSEBIVM COM(ITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Donationes a divo genitore nostro ex privatis rebus factas valere praecipimus. DAT. VIII ID. APRIL. SAVARIAE CONSTANTIO A. III ET CONSTANTE ITERVM CONSS.

*V*

2 sabariae *V*

X, 10, 7 (345 Mai. 15).

IDEM A. AD EVSTATHIVM COM(ITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Nulli palatino delatorios libellos de conpetentibus rei privatae nostrae rebus accipere liceat, nec delatori ad comitatum nostrum vel officium sublimitatis tuae pateat accessus, priusquam ordinarius iudex cognitione suscepta veram esse delatoris adsertionem probaverit adque ad tuam sublimitatem rettulerit. DAT. ID. MAI. TREV(IRIS) AMANTIO ET ALBINO CONSS.

*V*

X, 10, 8 (353 [352?] Mart. 5).

IDEM A. AD ORIONEM COM(ITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Qui largientibus nobis aliquid fuerint consecuti, cum delatoribus suis ad iudicia veniant, in iure consistant, negotia persequantur, ut adseveratio delatorum prodat fisco debitas facultates. In eos autem, qui

aliquorum detulerint patrimonia, adfirmantes ad fisci nostri dominium pertinere, si non potuerint ostendere quod adstruxerant, severitas conpetens exeratur. Consequens igitur erit petitiones legibus minime consentaneas a iudiciis removeri nec eos adfici metu, qui legibus possident proprias facultates. DAT. III NON. MART. SIRMIO CONSTANTIO A. VI ET CONSTANTE CAES. CONSS.

---

*V*

4 legibus *del.* 4 a. ui] a. u *Gothofredus collata lege Iust. 6, 22, 5*

---

X, 10, 9 (364 Sept. 12).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD PROVINCIALES BYZACENOS. POST ALIA: De munificentia principali quaelibet bona tamquam caduca poscentes non aliter adipiscantur petitionis effectum, nisi delatores valuerint publicare. DAT. PRID. ID. SEPTEMB. AQVIL(EIAE) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

---

*V*

---

X, 10, 10 [= BREV. X, 5, 3] (365 Febr. 4).

IDEM AA. AD PROVINCIALES AFROS. In tantum humani generis inimicos arbitra aequitate persequimur, ut delatores pronuntiatos puniri gladio iusserimus. DAT. PRID. NON. FEB. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

Haec lex interpretatione non eget.

---

*V.* — BREV. *(HNGOECPMLS)*.

1 idem] impp. ualentinianus et ualens *Brev.* āā *om. O* a prouinciale *L* afros (afric̄ *N*) in tantum] afriales tam *S* humani (-num *L*) gen. inimicos (-cus *N*)] in. g. h. *O* 1/2 aequitate (aequalitate *E*) arb. *OE* 2 dilatores *H* punire *C* iusseramus *PML*, deseramus *S*

2/3 dat. prid. non. feb. med. ual. et ual. (ipsis *pro* ual. et ual. *O*) aa. (āāā *E*, *om. GC*) *libri* 4 haec] ista *GC*, sta *H*, *om. L* lex *om. CL* interpretatione (-nem $G^{b}S$)] expositione *L*, explanationem *E* eget] *NMS*, egit *E*, indiget *HGCPL*

---

X, 10, 11 (369 Dec. 11).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS VALENS ET GRA(TIA)NVS AAA. ALEXANDRIANO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Super vacantibus ac caducis, cum forte largitatem nostram aviditas circuit postulantium, prius tua scribta mittantur. Certi etiam dirigantur, qui cuncta sollerter inquirant, et cuius fuerint facultates et si nemo eas sibi iure nititur retentare. Ac si locum fisco factum esse claruerit, occupatis prius bonis et rerum omnium describtione perfecta serenitatis nostrae scientia protinus instruatur, ut quid statuendum sit, pro legum ordine terminemus. DAT. III ID. DECEMB. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO N̄B̄. P̄. ET VICTORE CONSS.

---

*V*

1 imppp. (impp. *in litura*) ualens grānūs et ualanus *V* 7 *dies dubius propter seriem*

*comitum r. pr.*

---

X, 10, 12 (380 Ian. 30).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. PANCRATIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Qui cum ex praesenti die ut caducas poposcerit facultates ex consensu nostrae liberalitatis acceperit, non ante allegare rescribtum, non prius obtinere sententiam, non denique effectum exsecutionis debebit accipere, quam eum iudiciis introducat, a quo sibi id quod poposcerit delatum adserit esse patrimonium. Quod quidem non solum in

generali iubemus bonorum petitione servari, verum etiam si carptim fundos vel vacantia
rura, aliqua denique praedia vel rustica vel urbana poscentur, aliqua etiam huiusmodi,
quae viritim solent obtentu liberalitatis invadi, ut, si causam non tenuerit, cautum legi-
1 bus supplicium delator excipiat. Neque sane introduci eum satis erit eo tempore, quo
rescribtum allegatur ac liberalitas intimatur, verum dirigendus is erit ad eam provinciam
provinciasve, in quibus patrimonia delata consistunt, ut eius instruat actiones qui nostra
liberalitate nitetur et cuius se honestati per blandum ministerium iniustae delationis in-
mersit, ut scilicet maiore omnium plausu detecta ibi calumnia eius supplicio publicae
2 severitati litetur, ubi securi ac tuti domini trepidavere fortunae. Illud etiam ad pro-
fessionem odii, quo universas delationes exsecramur, adiungimus, ut, si idem delator etiam
in bonis causis, tertio tamen fuerit inventus, post victoriam tertiae proditionis capitali
supplicio coherceatur. DAT. III KAL. FEB. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA.
CONSS.

*V*

1 petitioni *V* fundi *Beck* 11 uiotoriam *V (em. m. rec.)*

---

, 10, 13 (380 Aug. 31).

IDEM AAA. EDICTVM AD PROV(INCI)ALES. Delatores ab ipsis, qui bona a nobis delata vel carptim suscipiunt fundos vel vacantia rura tam rustica quam urbana, cum rescribtum allegatur, primum aput vir(um) c(larissimum) com(item) inducantur, deinde ad provinciam provinciasve ducantur, ut praesentibus ibidem probationibus quae detulerant indicarent. Illud etiam odio eorum ducti decernendum esse censuimus, ut, etsi vera in delationem negotia detulissent, post victoriam tertiae delationis delator capite plecteretur. DAT. PRID. KAL. SEPT. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

*V*

1/2 *malim* a nobis suscipiunt delata uel carptim fundos 7 thessall *V*

---

, 10, 14 (380 Sept. 20).

IDEM AAA. PANCRATIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Nemo possit ad indultum a nobis beneficium pertinere, nisi qui ante instructionem ab officio, quod tuis meritis paret, adnuentibus nobis fuerit consecutus. DAT. XII KAL. OCT. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

*V*

1 aa *V* 3 thessall. *V*

---

, 10, 15 [= BREV. X, 5, 4] (380 Nov. 16).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quisquis in crimine maiestatis deprehensus fuerit et punitus bonaque eius, sicut plectendi consuetudo criminis habet, fiscus invaserit, nullus easdem sub spe munificentiae principalis audeat proprio iuri poscere. Qui contra legem id ausus fuerit sperare quod non licet, reus violatae legis habeatur. Sed quoniam plerumque ita in nonnullis inverecunda petentum inhiatione constringimur,

1 idem] imppp. grat. (et *ins. L*) ualent. (ual. grat. *NEC*, ual. et grat. *G*) et (*om. O*) theod. *Brev.* aa *V* ppo] pfu *G*[a], pfo *G*[b] in crimine] crimen *E* 1/2 depraehensus *V*, conpraehensus *PMLS* 2 bonaque] bona *H*, bona qua *S* sicut] sunt *S* 3 easdem] *VHNG EC Iust. (I*[a]*)*, eadem *PMLS Iust. (reliqui)*, ea *O* sub *om. N* munificentiae] *Brev.*, m. tuae *V* principales *N* proprio iuri (-re *NGECPM LS) om. O* poscere] postulare *O* 4 qui] qui autem *O* lege *N* reos *NL* uiolentiae *N* leges *NM* 5 quoniam] quia *O* plerumque *om. L* ita *om. NC* in (*om. G*) nonnullis] in nullis *E*, *om. O* inuenirecunda *L*, inuecorda *S*, in uerecundiam *Pith.* petentum ..... 544, 1 concedenda *om. E*[a] petentium *C Iust.* inactione *H*, iniectione *Pith.* constringemus *N*

ut etiam non concedenda tribuamus, ne rescribto quidem nostro adversum formam latae legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen desiderante atque poscente, concedi cuiquam voluerimus, huiusmodi tantum valeat liberalitas. DAT. XVI KAL. DEC. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Quisquis in crimine maiestatis inventus fuerit et punitus, bona eius fiscus adquirat ita, ut nullus aliquit ex eius facultatibus sibi velut munificentiae iure audeat postulare. Et si aliquit contra leges crediderit postulandum, nec id, quod petiit, accipiat, et violator legis habeatur. Si quit tamen nullo petente proprio arbitrio de talibus bonis cuiquam dederimus, donatio huiusmodi firma permaneat.

---

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 10, 12, 1.

1 etiam] eam *S* cedenda $V^1G^t L$ tribuamur *L* ne] nec *OEM Iust.* rescriptum *N* aduersus *HGE Iust.* 2 leges *N*, *om.* *L* nulli *E* 4 dat. xui (xu *E*) k. dec. thess. gratiano (*om.* *N*, a *ins.* *NGOCPM*) u (*om.* *E*) et th. i aa (i aa *V*, a i *OC*, aa. *vel* a *[om.* i*]* *reliqui) libri* 5 quiquis *E* inuentus] deprehensus *S* 6 fac. ei. *G* sibi uelut] si uel *N* iure *om.* *S* 7 aliquid] aliquis *G Pith.* *(ex 2)*, qui aliquid *E* legis *E* et] ut *S* 8 nullum *L* 9 donatione *N*

---

X, 10, 16 (382 Mai. 20).

IDEM AAA. NEBRIDIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Nemo eas sine summo sacrilegio possessiones existimet postulandas, quae cum magno censu tectorum ambitu palatiis sint magis aptae quam praediis, adeoque hoc nomen refugiendum sibi esse cognoscat, ut sacrilegii vereatur invidiam, etiamsi laqueos deceptae ignorationis inciderit, cum semper in petendo debeat esse sollicitus, quicumque est in inpetrandi occasione curiosus. Laudanda igitur experientia tua officio gravem poenam tali lege constituat, si umquam instructione deceperit et petenti nefaria conlusione consenserit, illi etiam ut deprehenso beneficii adimat potestatem. DAT. XIII KAL. IVN. CONSTANTINOP(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

---

*V*

---

X, 10, 17 [= BREV. X, 5, 5] (382 Oct. 26).

IDEM AAA. PANHELLENIO CONS(VLARI) LYDIAE. Servum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum severissimae sententiae subiugari, etiam si obiecta probaverit ⌈. DAT. VII KAL. NOVEMB. CONSTANTINOP(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

| ⌈ excepto crimine maiestatis IVST. |

Haec lex interpretatione non eget.

---

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 10, 11, 6.

1 panellenio *C*, panellinio $N^b$*OEPMS*, panelinio *Pith.*, panellino *G Pith.* *(ex 2)*, palnellino *H*, panellio $N^a$*L Pith.*, pallio *V*, *om.* *Iust.* consolare *L* lydiae] *V*, lidiae *O*, libiae (*vel* lybiae *vel* libyae) *HNECPMLS Pith.* *(ex 2)*, lebre *Pith.*, leriae *Pith.*, libenter *G* dilatorem *H* in *om.* *G* 2 exemplo $G^b$*E* proditorum] delatorum *PMLS* si] sibi $G^a$, si sibi $G^b$ 3 dat. uii (uiii *G*) k. nou. constantinopoli (-lim *H*) ant. et syagrio *libri* 5 haec (ista *H*) lex (lex ista *G*, ista *[om.* lex*]* *C*) interpretatione (-nem *PMS*, explanationem *E*) non eget (*NPMS*, egit *E*, indiget *HGCL*) *diverso char.* *P*

---

X, 10, 18 (383 Aug. 30).

IDEM AAA. NEBRIDIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Etsi color petitionis aut ratione aliqua aut tempore possit admitti, secundum nostras leges non debet audiri, priusquam proditum delatorem conpetens poena constrinxerit. DAT. III KAL. SEP. MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

---

*V*

10, 19 (387 Mart. 2).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD SENATORES CIVITATIS ALEXANDRINAE. Securitati vestrae studentes et iustitia necessariae legationis animati dedimus litteras ad virum clarissimum et inlustrem Cynegium praefectum praetorio, quibus iussimus, ut delatores, quos iam etiam sua sententia meritis poenis adfecit, ubi reppererit, pari supplicio persequatur, fundatis omnibus, quae super possessionibus ac terris, quas hoc nomen huc usque vexavit, idem vir inlustris constituit. Agite igitur securi atque ita patrimonia vestra tenete colite frequentate, ut boni saeculi poscit affectio. DAT. VI NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

---

*V*

4 reppererit] *Cuiacius,* repperit *V* 7 ui] xui *V*

---

10, 20 (392 Apr. 8).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. FLAVIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Plerisque mancipia vaga, tacita fideicommissa, bona vacantia et caduca monstrantibus quies possidentibus abnegatur. Ideoque praecipimus, ut omnium officiorum periculo custodiatur, vicarii etiam adque ordinarii cognitores moneantur — ea animadversione proposita, quae non facultates eorum sit expetitura, sed sanguinem —, ut nullum huiusmodi rescribtum mansuetudinis nostrae, nec si specialis super hoc adnotatio proferatur, nisi una cum delatore suscipiant et ante de animo eius et facto vel impletis probationibus vel desertis iuxta constituta legum, quae super hoc iam dudum a divis principibus lata sunt, iudicetur. P(RO)P(OSITA) VI ID. APRIL. ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

---

*V*

7 suscipiant et ante] *scripsi,* suscipiant ut *Cuiacius,* suscipiant *V*

---

10, 21 (396 Apr. 24).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. LAVRENTIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Sit haec mensura bona poscentium, ne quis oblatis precibus in petitione bonorum auri atque argenti faciat mentionem. Ac ne generaliter in omnes haec fuerit constituta, summis dignitatibus usque ad secundicerium notariorum hoc servari decernimus ceteris ab hac licentia retentatis, ne, dum nimia largitas tenditur, publica commoditas neglegatur, ita ut, si qui post hanc legem textum impetratae petitionis adtulerit, effectu denegato frustretur. DAT. VIII KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

---

*V*

4 *scr.* reseruari

---

10, 22 (398 Oct. 27).

IDEM AA. FIRMINO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Divi patris nostri statuta renovantes aeterna lege sancimus officium palatinum quinquaginta auri libras de suis facultatibus exigi, si prius allegari divalia rescribta permiserit, quam delator in iudicio fuerit constitutus. DAT. VI KAL. NOV. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

---

*V*

1 aa.] aaa. *V* com. r. p.] *aut* com. s. l.: *cf. 10, 2, 2*

---

10, 23 (401 Ian. 19).

IDEM AA. STVDIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Ne quis proscribtorum bona vel eorum, qui publicam videntur excepisse sententiam, intra biennium aestimet postulanda.

Abstineant facultatibus intra id temporis expetendis, ut aut proprias quis recipiat, si, ut nobis ingenitum est, duriores casus et tristiorem fortunam imperatoria humanitate molliamus, aut tum demum postulet, cum iam fiscalem potius quam proscribtorum expetisse noscatur. Si quis autem petendas proscribti vel deportati intra biennium crediderit facultates, careat fructu liberalitatis augustae, ita ut nec instruantur huiusmodi petitiones nec, si temere instructae fuerint et sub specialis beneficii munificentia nostram provocaverint liberalitatem, habeant aliquas vires indulta. DAT. XIIII KAL. FEB. CONSTANT(INO)P(OLI) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

*V.* — GEMINA 9, 42, 17 *(ubi vide).*

6 munificentiam *V*   7 prouocauerit *V*

X, 10, 24 (405 Nov. 6).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Pro inclyti principis Constantini sanctione, quam nos etiam hac lege roboramus, in his possessionibus, quae velut de patrimoniali vel rei publicae aut templorum aut cuiuslibet huiusmodi tituli iure subtractae a nostra liberalitate poscuntur, cesset penitus delatorum nomen infestum omnesque se ab hac nefaria petitione retineant scientes nullum ex hoc posse fructum adquiri, sed huius decreti violatores sacrilegii poenam contrahere. DAT. VIII ID. NOV. STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

*V*

4 paenitus *V*

X, 10, 25 (408 Dec. 10).

IDEM AA. AD THEODORVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cum per Illyrici partes barbaricus speraretur incursus, numerosa incolarum manus sedes quaesivit externas, in cuius ingenuitatem adsidua petitorum solet libido grassari eique inlicite iugum servitutis inponere. Igitur praescribtum tua sublimitas recognoscat, ut Illyricianos omnes, quos patria complectitur vel alia quaelibet terra susceperit, petere non liceat. DAT. IIII ID. DECEMB. RAV(ENNAE) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

*V*

1 *requiritur* impp. Honorius et Theodosius AA.

X, 10, 26 (415 Iul. 25).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MAXIMO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Antecedentium temporum constituta firmamus, ut carere se fructu impetrati noverint, qui contra geminatam praeceptionem contenderint. Nec cuiquam liberum permittatur arbitrium instructionis sollemnitate transgressa quicquam inprobum de nostra clementia flagitare, cum oporteat instructionis luce evidenter agnosci, cuius aestimatio meritum ponderandum sit, quod nostra munificentia relaxatur. DAT. VIII KAL. AVG. HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

*V*

1 com. r. p.] *Maximus hic videtur esse Petronius Maximus dictus in titulo C. I. L. VI, 1749* | sacrarum remunerationum per triennium comes   5.6 aestimationis m. p. sit quo *fortasse scr.*

X, 10, 27 (415 [418] Oct. 11).

IDEM AA. LARGO P(RO)C(ONSVLI) AFRIC(AE). Quicumque ex praesenti die sub specie caducorum quaecumque bona putaverit postulanda eademque consensu nostrae liberalitatis

1 proconsuli] p̄. a. V

acceperit, sive supplicis rescribti auctoritate nitatur sive elicitis specialiter apicibus ad-
notationis expressae, cum ad transmarinam provinciam vel provincias, in quibus sunt
patrimonia constituta, pervenerit et contradictionem domini per quamcumque personam
rem propriam defendentis acceperit, effectum adepti beneficii suspensa exsecutione non
1 peragat et ad comitatum spondentem venire immatura profectione non urgeat. Immo
ille qui pulsatus fuerit institutum sibi integri anni spatium recognoscat, idoneum satis
tempus muniendae congrue tractatibus litis et instruendi quem deserit laris habiturus,
nec ad iacturam veteris dominii sub iniuria properae festinationis artandus, omnium iu-
dicum, quos locorum ratio exegerit implorari, publico muniendus auxilio, ut praedae in-
2 hiantium non dedatur. Quem si mora forsitan pro voluntate prolixior delectarit nec
intra anni metas quas fiximus ad inlustris viri privatae rei comitis examen occurrerit,
sciat se ipsum in se tulisse sententiam nec subeundi ultra certaminis experiendam esse
3 fortunam. Cui si per inpugnantium profectionem circumdato ad comitatum pergere
aut pervenire liberum intra curricula praefinita non fuerit, apud quemcumque iudicem
contestatis querellis et evidenter probatis praeiudicio contractae non suo vitio tarditatis
4 exutus et de factionis auctore vindictam congruam prosequatur. Illud sane prae ceteris
providae cautionis habiturus, ut statuto tempore legitimam personam sui probaturus ad-
veniat, non inlusor utilitatis alienae nec futurae disceptationis circumscribtor occurrat.
5 Cum vero intra contiguas vicinasque provincias bona aliqua expetuntur, quorum contra-
dictor potuerit inveniri, ad praebendam inter legitimas personas audientiam et exercen-
dum inter partes iure conflictum ex die conventionis perlatae in notitiam pulsatorum sex
mensum spatium praecipimus custodiri, cuius eventum examinis adsertor iuris proprii
6 debeat praestolari. Viventium quoque bona a conpetendi licentia vindicamus, qui
criminibus, in quibus videntur argui, nec iudicio convicti nec sententia probantur addicti.
ET CETERA. DAT. V ID. OCTOB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

*V*

1 supplicis] *fortasse scr.* supplicans 7 con-gruae *V* 8 *scr.* praeproperae 13 pro-fectionem] *scr.* (*cf. v. 16*) factionem (*similiter Gothofredus*) 15 quaerellis *V* 16 exutus et] *scr.* exutus *similiterve* 23 a] *Gothofredus, om. V* 25 Honorio XII et Theodosio VIII *scr. propter constitutiones alias ad Largum emissas*

10, 28 (418 Oct. 11).

IDEM AA. LARGO P(RO)C(ONSVLI) AFRIC(AE). POST ALIA: Delatores, sine quibus petitionem nullam aut inchoari aut peragi iubemus, certa denuntiatae auctoritatis condicione constringimus, ut ignoscendum sibi, si semel probaverint delata, non ambigant, periculosam vero sibi futuram esse victoriam iteratae proditionis abrupto periculo recognoscant; sin vero tertia voce detulerint, non probandum, sed poenam sibi protinus noverint potius subeundam. ET CETERA. DAT. V ID. OCTOB. RAV(ENNAE) HONORIO XII ET THEODOSIO VIII AA. CONSS.

*V*

1 proconsuli] p̄. ū. *V* 3 si semel] *scr.* semel si 4 abrupto] *fortasse* adaucto 5 potius *om. V*[1]

10, 29 (421 Iul. 8).

IDEM AA. ET CONSTANTIVS A. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullum patimur con-
petitioni subiacere viventem, nisi quem crimini obnoxium capitalis sententia deportationi
addixerit, ut ademptio facultatum poenam praemissae indignationis adcumulet. De qui-
bus tamen, sicut divali sanctione decretum est, conpeti per biennium nihil iubemus.
1 Uno tamen petitorio singulorum bonuscula iubemus adscribi, nefas esse censentes pluri-

3 poenae *V*[1]

morum uno pittacio postulari sub inlicita cupi-
2 ditate fortunas. || Ex edictis etiam pendentibus nullas conpetitionis causas iubemus inferri, cum vix sub iurgii sit contumeliis ˹edictum nec existimationem latentis incesset, criminalis vero programmatis tenor hanc tantum ferat de iure censuram, ut inter reos adnotato non tam cen-
3 sum debeat transferre, sed famam. || Ex privatorum quoque sollicitudine contractuum, qui frustra negantur illis plerumque personis, a quibus publici muneris iniuncta curantur, nullum fomitem calumniae patimur litis ac-
4 cendi. Cur enim continentiam venditionis alienae inquisitio palatina rimetur? Quinquaginta sane libris auri multandum se palatinum discat officium, nisi legis huius salubre decretum perpetua exsecutione servaverit. DAT. VIII ID. IVL. RAV(ENNAE) EVSTATHIO ET AGRICOLA CONSS.

**IVST.**
**|| In pecuniariis causis edictum contra latentem propositum existimationem eius non laedit. Criminalis vero programmatis tenor hanc tantum ferat de iure censuram, ut inter reos adnotati non iam patrimonium debeat transferre, sed famae existimationem laedere.**

---

*V.* — IVST. 9, 40, 3.

13 uiii] *V*, uii *Iust. (Hal.)*, ui *Iust. (L)* iun. *Iust. (L)*

---

X, 10, 30 (421 Iul. 8).

IDEM AA. ET CONSTANTIVS A. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Caduca mortuorum bona tunc ad competitores iubemus ex nostra largitate transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea vel iuris titulo legitimum reliquerit intestatus heredem. || Eorum ˹vero˺ patrimonia mortuorum, qui vitae suae tempore diversis conscientiam suam dicuntur polluisse criminibus, ˹conpeti nequaquam debere censemus, nisi quos publica accusatione˺ constiterit fuisse convictos, || dummodo inpetrationis huiusce rescribtum non prius liceat allegari, quam delator palatino fuerit adsignatus officio nulli penitus satisdationi credendus. In quem, si concessa titubaverint, calumniae poena referatur, quamvis hoc ipsum, quod
1 voluit esse delator, poenae iam sit ex iure mancipium. Ubi tamen impetratae conpetitionis auctoritas possessorem convenerit, sicut iam generali lege decretum est per hunc unum annum conveniendi ad inlustre iudicium intemeratis facultatibus praestamus indutias, ut cognitione suscepta substantiam sui iuris alleget. Qui si per anni metas dissimulatis his suo vitio, non fortunae casibus aut adversantis fraude, defuerit, in se videbitur tulisse sententiam. ET CETERA. DAT. VIII ID. IVL. RAV(ENNAE) EVSTATHIO ET AGRICOLA CONSS.

IVST.
|| *inc.*
˹ ˺ *om.*
˹**fisci rationibus nequaquam competere vel ab eo alienari censemus, nisi post publicam accusationem eos**˺
|| *fin.*

---

*V.* — IVST. 10, 1, 10.

11 satisdationini *V* 12 concessa] *fortasse scr.* congesta ipsum] *scr.* ipso 14 per hunc] *scr.* hunc per 15 prestamus *V* 16 alliget *V* 16/17 dissimulatis his s. u. n. f. casibus aut (*nempe* ā = aut *compendio non in textu, sed in scholiis usitato*) aduersantis] *V*², dissimulantis (*om. interpositis*) *V*¹

---

X, 10, 31 (422 Aug. 25).

IDEM AAA. PROCVLO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Edictali lege sancimus, ut, sicut possessori unius anni spatia praestita sunt, intra quae propriis allegationibus adfuturus adsit examini, ita is, qui caduca vel vacantia bona vel quocumque nomine tamquam fisco nostro quaesita crediderit postulanda, simili sorte teneatur. Quod nisi intra anni metas ex die auctoritatis intra provinciam publicatae petitionis suae demonstraverit aequitatem,

---

3 his *V*

careat impetratis ac possessori ad propria revertendi facultas libera tribuatur, cui desistente competitore consuli volumus etiam de sumptibus et litis expensis. P(RO)P(OSITA) IN FORO TRAIANI VIII KAL. SEPTEMB. HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

*V*

---

10, 32 (425 Mai. 13).

IMP. THEODOSIVS A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. VALERIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Petitores bonorum partiri cum aerario nostro praecipimus. Ac si quis exceptis iuris templorum possessionibus vel patrimonialibus qualitercumque aliquid ad nostrum aerarium pertinens nostrae nutu clementiae meruerit, postquam efficax quod impetraverat postulatum rei ipsius eventu constiterit, ex aequa cum aerario dividere parte non dubitet; videlicet inpensis omnibus litis et sumptibus inputatis ac petitori dein summa integra tribuendis, ut, quod pure ad quaestus eius compendiumque devenerit, in eius procul dubio societatem admittat aerarium, nullo ex his, quae de temporibus possidentis vel aliis veteri observatione et competitionum auctoritate sunt tradita, deminuto, sed in sua omnibus stabilitate durantibus, ut in delatores quae est nihilo minus poena et, si fieri potest,
1 acerbior exeratur. Quin et iudex, sive vir inlustris comes rei privatae is fuerit seu provinciae moderator, integritatis procul dubio erit vehemens observator, quamdiu privato
2 iurgio aequis conflictibus decertatur. Fisci etiam advocati praecipimus vocem in suo manere silentio, nec partem aerario vindicantis admitti, priusquam iure cognitionali sententia, quam quidem praesente fisci patrono proferri ac tractari praecipimus, petitor certissimam victoriam fuerit consecutus: etiam si lis ex transactione aut qualibet alia ratione fuerit sopita, modis omnibus suam a petitore vindicaturo aerario portionem, quamvis etiam beneficio quis speciali sibi de universitate praecaverit. Alioquin titubet in petitore perceptio, si ius suum non constet aerario. DAT. III ID. MAI. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

*V*

5 euentu] *Gothofredus*, euentum *V* 9 constitutionum *Gothofredus* 11 aceruior *V* | 14 uindicandis *V*[1]

---

10, 33 (426 Dec. 27 [Ian. 3]).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. AD SENATVM. Nusquam calumnia perstrepet; nullus innocentium fortunarum delator occurret; stabit legitima servitutis libertatisque discretio; iura dominorum servorum non inpune rebellium restitutione sancimus; patricii fori solidantes privilegia inviolabilem manere decrevimus trabeatam quietem; conpetitorum non tantum vitia conprimimus, sed ipsum etiam nomen abolemus. ET CETERA. DAT. VI KAL. IAN. ROM(AE) THEOD(OSIO) XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

*V*

4/5 petitorum *V*[1] 6 ui kal. ian.] iii non. ian. *iuncta 10, 26, 2* (*ubi praecedit* prid. non. Mart.); *hoc verum esse inde intellegitur, quod* | *Valentinianus Romae fuit a. 426 incipiente neque tamen extremo*

---

10, 34 (430 Febr. 22).

IDEM AA. THALASSIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Si quis ex his, qui sacro nostro cubiculo serviunt, ad petitionem caducorum ad fiscum pertinentium adspiraverit, cum impetrabile huius fuerit postulatum, lege, qua pars dimidia vindicatur aerario, protinus absolvatur primoque nutu nostrae clementiae statim integro perfruatur, nec laboret ad

4 nuto *V*

partis alterius, quae fisco videtur addicta, prorsus petitionem attingi, norma legis antea promulgatae in ceteris omnibus custodita. DAT. VIII KAL. MAR. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. XIII ET QVI FVERIT NVNT(IATVS).

*V*

# XI. DE HIS QVI SE DEFERVNT.

*Iust.* 10, 13.

X, 11, 1 (317 Mart. 15).

IMP. CONSTANTINVS A. RATIONALIBVS HISPANIARVM. Is, cuius tacitae fidei commissa fuerit hereditas, statim officio gravitatis tuae nuntiet et gesta prodat et continuo quod actum fuerit renuntiet, et post hanc fidem tertiam ab omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quod si ab uxore defuncti istud officio devotionis tuae fuerit revelatum, ipsa etiam, quam defunctus esse voluit heredem, si gesta aperuerit, tali praemio mancipetur, ut ex omni patrimonio medium consequatur et cum fisco nostro celebret divisionem, id etiam habitura privilegium, ut prior eligat portionem; et tunc occultator ille gestorum, fisci et mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio suo ac fisco vindicato in insulam deportetur. DAT. ID. MAR. GALLICANO ET BASSO CONSS.

*V.* — IVST. 10, 13, 1.

1 *immo* rationali tacite *V*[2] 2 nuntiet] *Iust.*, nuntietur *V* 4 ipsa] *Iust.*, ipsam *V* 6 cum] *Iust.*, eam *V* id] *V Iust. (X)*, idem *Iust. (rel.)* 7 portionem] *V*, potiorem *Iust. (X)*, optionem *Iust. (rel.)*

# XII. SI VAGVM PETATVR MANCIPIVM.

X, 12, 1 (368? 370? 373? Mart. 21).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui vaga mancipia iuris alieni petunt, si iustitia eadem probant, impetrati beneficii auctoritate potiantur vendendique concessam aliis quam delatoribus habeant facultatem. Si vero aut his qui detulerint distracta fuerint aut ab his qui ante possederint detinentur, non effugiatur
1 ultio, quae est legibus constituta. Sed et dominis propriorum vindicatio competat et eadem poena, quae de occultatoribus et fugitivariis data est, unusquisque teneatur. DAT. XII KAL. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

2 iustitia] *fortasse* iuste petita 3 concessam] *Cuiacius*, concessa *V* 4 possederit *V*[a] 5 dominis] *V*[rec.], de dominis *V*

X, 12, 2 (368? 370? 373? Iun. 17).

IDEM AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quicumque habuerit super vagi mancipii postulatione rescribtum, non prius quicquam inquietudinis moliatur, quam facta eius allegatione sollemniter delatorem, a quo fuerit instructus, expresserit; careat etiam, si eum prodere supersederit, fructu et commoditate beneficii. Nec ante aliquis quem poposcerit per manus iniectionem aestimet vindicandum, quam definitiva inter partes fuerit
1 dicta sententia. Has vero cognitiones ad ordinarios volumus pertinere rectores, ut delatoribus primitus in medio conlocatis, his etiam, qui quasi vagi sacro nominabuntur indulto, ad iudicia productis, totius causae interna discutiant solliciteque ac diligenter interrogent, de quorum dominio fuga vel quo alio genere discesserint qui petuntur, ut is,

3 fuerin *(sic)* *V*[1]

2 in quo vitium deprehenderint, ad dominum sub prosecutione revocetur. Si quis etiam vel tributarius repperitur vel inquilinus ostenditur, ad eum protinus redeat, cuius se esse
3 profitetur. Nihilo minus etiam eo pergat indago, ut cuncta rimando cognoscat, utrum is fuerit petitionis hortator, qui iniquae retentionis invidiam aliquo necesse habuerit colorare velamine; ut, si colonos eadem occulere arte quaesiverit, indemnitatem sarciat tributorum; si servos, ad eam poenam, quae dudum est legibus constituta, teneatur.
4 Quisquis autem plebeium se adserit esse vel liberum, fide rei ostensa ab omni molestia
5 vindicetur et ad ea loca, ex quibus eum esse claruerit, remittatur. Contra in his, qui aut dominis sine herede defunctis invenientur dominos non habere aut servi poenae aliquando facti ac postmodum liberati iudicialibus dominos amisere sententiis, postremo in universis, de quibus iniectio manus fisco rite praebetur, munificentiae principali congruus
6 patebit effectus. Sane, quia in petitione deceptis convenit provideri, quotienscumque fuerit circumscribta simplicitas, ex delatorum isdem re atque substantia ad eum modum, quem habitae concertationis impendia supputata collegerint postulatique hominis aestimatio conprehenderit, consulatur. DAT. XV KAL. IVL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

2 se *om.* *V*[1] 5 colonus *V* 6 seruus *V* | 7 uel] *fortasse* et 8 remitatur *(em. m. rec.)* *V* 13 hisdem *V*

## XIII. DE PETITORIBVS ET DESISTENTIBVS.

X, 13, 1 (386 Iun. 6).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD GORGONIVM COM(ITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Si quispiam alienae substantiae petitor mora ludificante in longum protrahere coeperit possidentem et tertio conventus cum delatore noluerit adesse iudiciis, non solum iurgii, quod exortum est, amissione multetur, verum etiam sumptus et litis expensas ei reddere compellatur, quem superfluo litigio credidit esse vexandum. Quod quidem etiam in absentem contumacem post trinam, ut dictum est, conventionem statuendum esse censemus. DAT. VIII ID. IVN. MED(IOLANO) HONOR(IO) N̄B̄ P̄ ET EVODIO V̄. C̄. CONSS.

*V et inde a v.* 3 qui tertio *APP. II, 2 Krueger (codd. E et Berol. 207)* 'ex corpore Theodosiani'.

1 theod. et arc.] *V*, et theod. *App.* gorgonium] *V*, gregorianum *App.* 1/2 c̄r̄p̄ *App.* 3 et] qui *App.* noluerit adesse] *V*, neclexerit esse *App.* 4 sumptos et lites *App.* 7 honorio n̄b̄ p̄] honorio (ii *ins. Ber.*) nb *App.* euodio conss. *V*, euodio u ū c̄ *App.*

## XIIII [= BREV. VI]. SI PETITIONIS SOCIVS SINE HEREDE DEFECERIT.

petitione *ES* hereditate *S* defecerit] obierit *O*. — *Iust.* 10, 14 si liberalitatis imperialis socius sine herede defecerit.

X, 14, 1 [= BREV. X, 6, 1] (315 [?] Mart. 21).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MYGDONIVM CASTRENSEM PALATII. Si quis forte decesserit eorum, qui communi nomine donatum aliquid a nostra impetraverunt clementia nec

1 ā *om.* *OS* mygdonium] migidonium *E*, migonium *Pith.*, machedonium *H*, macedonium *G Pith.*, migdonem *PMLS* castremsem *(sic)* *V*, kas̄t *H* palatii] *V brev.*, sacri palatii *edd.* 2 aliquid *om.* *H*[a] nostri *N*

superstites dereliquerit successores, placet non ad extraneam quamcumque personam, sed ad socium vel consortem pervenire portionem illius, qui intestatus aut sine liberis diem functus est. DAT. XII KAL. APRIL. ANTIOCHIAE CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

INTERPRETATIO. Si aliquis ex his mortuus fuerit, ad quos nominatim munificentia nostra processit et nec testamentum fecisse nec filios reliquisse cognoscitur, placet, ut portionem eius is, cum quo pariter defunctus accepit, id est socius eius adquirat: merito enim socius praefertur, ubi nulla fili persona intervenisse cognoscitur.

---

*V [cum Solms. inde a* 551, 2 ne donatum*]*. — BREV. *(HNGO [om. int.]ECPMLS)*.

1 dereliquerit] *VH*[b]*(?)*, reliquerit *NGOECS*, reliquit *PML*, de *H*[a] personas *N* 2 cons.] ad cons. *G* portione *NL* liberis] filiis *PMLS* 3 diem functus] *VOE*[a]*C*, defunctus *HNGE*[b]*PMLS Pith. (ex 2)* dat. xii (prid. *E*) k. apr. antiochiae *(sic perscriptum V)* const. ā. *(om. GO)* iiii *(om. N)* et lic. iiii *(om. NGO) libri; Licinio vivo Constantinus partes Orientis non adiit; itaque lex aut Licinii est aut fortasse Constantii.* 4 ad] a *E* 5 et] ut *G* temptamentum *S* fecisse *om. H*[a] relinquisse *PM* 6 pariter] *HNEP*[2]*S*, parte *G*[a], pater *G*[b]*CP*[1]*ML* accipiat *G* eius *om. N* 7 fili *om. G*

---

X, 14, 2 (348 Iun. 17).

IMP. CONSTANTIVS A. ORIONI V(IRO) C(LARISSIMO). Nonnulli in nostro vel patris nostri obsequio constituti nominibus iunctis professionem sibi largientibus nobis tribui poposcerunt. || Iubemus ⸢itaque⸣, ut si ⸢qui forsitan⸣ ex his, ⸢qui communiter aliquid impetraverint⸣, nullo herede derelicto decesserit, ad consortem potius solacium quam ad personam aliam pars perveniat decedentis. DAT. XV KAL. IVL. MED(IOLANO) PHILIPPO ET SALLIA CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⸢ ⸣ *om.* | ⸢quis forte⸣ ⸢quibus c. a nobis al. donatum sit⸣.

---

*V.* — IVST. 10, 14, 1.

1 u. c.] *V*, com. r. p. *Cuiacius (Iust.) interpolans puto ex Th. 10, 10, 8* 6 relicto *Iust.* 8 sallia *sic V constanter*

## XV [= BREV. VII]. DE ADVOCATIS FISCI.

aduocatis] *Iust.*, aduocatio *V*, aduocato *V*[rec.] *brev.* fisci *ante* adu. *O.* — *Iust.* 2, 8.

X, 15, 1 [= BREV. X, 7, 1] (315/6 [313] Nov. 8).

IMP. CONSTANTINVS A. AELIANO P(RO)C(ONSVLI) AFRIC(AE). POST ALIA: Fisci advocatus poenam metuens caveat, ne fiscalia commoda occultet neve nullo negotio existente fisci nomine privatis audeat calumnias commovere. DAT. VI ID. NOV. TREV(IRIS) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

INTERPRETATIO. Hi, qui fisci nostri commoda vel utilitatem tuentur, hanc debent custodire mensuram, ne neglegentes circa ea, quae nobis iure debentur, exsistant, et nec provincialibus calumniatores, dum aliquit ab his iniuste fisci nomine repetunt, adprobentur.

---

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 2, 8, 3.

1 ā. *om. O* adeliano *E* proconsuli] *Brev. (om. L)*, pū *V* alia *om. H* aduocatos *E* 2 poena *NL* neue] ne uel *GL*[b], uec *O*, ne *N* nullo] ullo *GOS* neg. existente (-tes *C*, existentet *L*)] e. n. *H* 3 nomini *L* audiat *L* calumniam *G* commoueri *L*, *om. H* 3/4 dat. ui *(sic VHEP*, uii *NOGC Iust. [Hal.]*, uiii *Pith.*, *om. M)* id. (kal. *Pith.*) nou. treu. *(sic V OE*, triu *CPM*, trium *N*, triueris *H*, tyberiade *Iust. [Hal.])* const. ā. (x *G*) iiii et lic. iiii (caes. *C*, *om. G*; quibus superius conss. *O*) *libri; videtur esse a. 313 (vide ad 1, 12, 1)* 5 hii *HNGE* debeant *L* 6 nec] ne *L*[a] *edd.* 7 ab is *om. C* iniusta *HNECL*

15, 2 (334 Iul. 5).

IDEM A. AD PACATIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Etsi potior aput nos privatorum causa est quam fisci tutela, praecipimus tamen, si a nobis plures defensacula fisci meruerint, eum praeponi ceteris, qui melior innocentia, potior litteris, pollentior reliquis examinata fide esse noscetur, etiamsi post alios hoc beneficium a nostra clementia reportavit. DAT. III NON. IVL. SINGIDVNO OPTATO ET PAVLINO CONSS.

*V*

4 reportabit *V* 5 singinduno *V*

---

15, 3 (340 Apr. 9).

IMP. CONSTANTIVS A. AD PETRONIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Patroni fiscalium commodorum fidem cum veritate tueantur, ne, si forte intra praescribtas causae cognoscendae metas fiscus aliqua circumscribtione fuerit inretitus, conlusionis fraude vulgata ex eorum facultatibus recuperet, quidquid calliditate praevaricationis perdiderit. SVBSCRIBTA V ID. APRIL. AQVIL(EIAE) ACINDYNO ET PROCVLO CONSS.

*V*

2 tuentur $V^a$ ne si] *Gothofredus*, nisi *V* 5 acyndino *V*

---

15, 4 (367 Mai. 19).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Vicarios praefecturae ordinariosque rectores praecelsa sinceritas tua istius sanctionis auctoritate commoneat, ut privatae rei nostrae, quotienscumque aliquas vel denuntiaverit vel exceperit actiones, idoneos tribuant advocatos. DAT. XIIII KAL. IVN. REMIS LVPICINO ET IOVINO CONSS.

*V*

## XVI [= BREV. VIII]. DE FISCI DEBITORIBVS.

*Iust.* 10, 2: de conveniendis f. d.

16, 1 (368? 370? Sept. 1).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD AVXONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. De diacatochis quosdam comperimus ita fiscales lacerasse rationes, ut satisfieri aerario nostro sine patrimonii eorum venditione non possit, sed eorundem bonis propositis nonnulli fiscalem refugiant auctionem, metuentes, ne, si aliquam bonorum emerint portionem, etiam ad reliqua debita inferenda teneantur. Nihil igitur ab his amplius flagitetur, quam pro rerum viribus generaliter conparatarum decursis hastis voluntaria fuerint pretii oblatione polliciti. DAT. KAL. SEPT. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

1/2 diacatochis] *Tilius*, diacatholicis (li *del. m. rec.*) *V* 4 refugiunt *Beck* auctionem] $V^2$, functionem $V^1$ 6 decursis] *Pithoeus (inde Cuiacius 1586)*, discursis *V*

---

16, 2 (369 Iul. 5).

IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD ARCHELAVM COM(ITEM) OR(IENTIS). Hi, qui fisco nostrae mansuetudinis obnoxii sunt, omissa frustratione teneantur, ut, quod suis nominibus debent,

1 com. or.] *V Iust. (O), sed videtur scr. esse* com. s. l. *(vide ad* 4, 13, 6*)* hii *V*

de suis facultatibus cogantur exsolvere, servatis, cum compleverint, allegationibus propriis, si quas adversus quoscumque ex suis contractibus debitores conpetere sibi ex iure crediderint, ita ut adversus eos, quos sibi obnoxios adseverant, legibus et indiciis experiendum esse cognoscant. DAT. III NON. IVL. NOVIODVNO VAL(ENTINI)ANO $\overline{NB}$ P ET VICTORE CONSS.

---

*V.* — IVST. 10, 2, 4.

---

X, 16, 3 [= BREV. X, 8, 1] (377 Iul. 6).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. FORTVNATIANO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Inter chartulas ⌜deportati⌝ brevis quidam adseveratur inventus, qui nomina continebat debitorum seu contractorum. Cum tamen neque testibus credita pecunia probaretur neque cautionibus ⌜quae⌝ inserta sunt ⌜doceantur, facile⌝ esse perspeximus, ut sub propriae adnotationis manu unusquisque faciat debitorem. Occasionis igitur huius calumniam praesenti volumus iussione cohiberi, ut brevis vanitate reiecta nullus ad redhibitionem de his, quorum nomina conscripta sunt, urgeatur ⌈. DAT. PRID. NON. IVL. HIERAP(OLI) GR(ATI)ANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

IVST.
⌜confiscati⌝
⌜ea quae breui⌝ | ⌜ostendantur iniquum⌝
⌈ quod et in aliis similibus causis observandum esse censemus

INTERPRETATIO. Si prolati breves vel a quocumque dimissi inveniantur, in quibus sibi quicumque aliquos faciat debitores, nullis cautionibus prolatis neque aliis evidentibus documentis nullam adscripti breves optineant firmitatem.

---

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 10, 2, 5.

1 ualens] ualent̄ *NGCL* et *om. O* ualentinianus] ualens *NGC* $\overline{aaa}$ *om. O* 2 fortunatiano *om. L* c̄ r̄ p̄] *VNECPMS*, comiti rerum priuatarum *O*, com (*om.* r̄ p̄) *H*, corp̄ *G*[a], correptori *G*[b], correctori reip. *Pith.*, *om. L* 3 inter] quia inter *O* deportanti *N* brebes *H* 4 inuentos *H*, inuentu *S* nomine *H* 7 quae] neque *S*, ea quae *Iust.* docerentur *O* 8 prespeximus *HE* ut] aut *S* propria *E* annotatione *O* 9 manus *HNOG*, manum *L* unusquisque] quisque *G* fiat *H* debitorum *H* occasiones *C* 10 igitur huius *(om. L)*] h. i. *PMS* calumniae *EC*, columnam *S* praesente *E* 10/11 iussine *M*[a] 11 cohibere *L* ut] quod *PMLS* breui *H* uanitatem *N* relicta *N* 12 redebitionem (-ne *N*) *NE*, repetitionem *H* 13 urgueantur *G*[a], arguatur *OL* 13/14 dat. prid. non. iul. *(om. O)* hierapoli *(VNGOPMS*, hieropoli *EC*, napolim *H)* grat. a. iiii et mer. *libri* 15 probati *HP*[1]*M*, prolatis *E* breuis *N* inueniatur *L* in *om. in sp. vac. H* sibi *om. G*[a] 16 quamcumque *L* probatis *G* euidentissimis *PMLS* 17 breuis *HNL*, brebis *C* obtineant (-neat *C*) firm.] f. o. *PMLS*

---

X, 16, 4 (385 Aug. 25).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. FLORENTIO P(RO)C(ONSVLI) PALAESTINAE. Nemo susceptor vel exactor vel debitor fisci dumtaxat cessionem bonorum faciens intentionem publicae necessitatis evadat, sed omnes omnino, quos fisci nostri esse constiterit debitores, ad solutionem ea severitate, quam vigor iudiciarius postulat, urgeantur. DAT. VIII KAL. SEPT. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

---

*V*

1 proconsuli] p̄u *V* palestinae *V* 4 qua *V*[1] urgeatur *V*

## XVII [= BREV. VIIII]. DE FIDE ET IVRE HASTAE.

fide *om.* *O* et *om.* *GOS.* — *Iust.* 10, 3 de fide et iure hastae fiscalis et de adiectionibus

, 17, 1 (369 Nov. 3).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O GALL(IARVM). Quaecumque pro reliquis prodigorum in annonario titulo ceterisve fiscalibus debitis in quibuscumque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco auctore vendantur, ut perpetuo penes eos sint iure dominii, quibus res huiuscemodi sub hastae sollemnis arbitrio fiscus addixerit. Et si quid umquam, ut a fisco facta venditio possit infringi, auctoritate rescribti fuerit impetratum, nullus obtemperet, cum etiam minoribus, si quando aliquid ex rebus eorum pro fiscalibus debitis adiudicatur emptoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiatur aetatem. DAT. III NON. NOV. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

*V.* — IVST. 10, 3, 5. — *Plena, sed diversa tota et mutila Vat. fr. 37.*

4 ut] et ut *Vat.* paenes *V* huiuscemodi] *Vat. Iust. (KI),* huiusmodi *V Iust. (O)* 5 ut a] quo *Vat.* 7 ex rebus *om.* *Vat.* 8 iii non. nou.] *V,* iiii id. nou. *Vat.,* iii id. mar. *Iust. (Cui.)* treu.] *V,* treueris accepta . . . . . *Vat.,* rauennae *Iust. (Cui.)* 9 *post* uictore conss. *interposito hiatu sequitur* [consul]arem prouinciae Lugdunensis primae Modesto [et Arintheo conss.] *(a. 372) Vat.*

, 17, 2 (370? Mart. 9).

IDEM AAA. AD FELICEM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Si qui proscribente ac distrahente fisco debitorum fiscalium emerint facultates, pro earum rerum tantum pretiis obnoxii sint, quas eos patuerit decursis hastis et proscribtione habita comparasse. Nam ita eos munimus, ut nullius conventioni ⌈ patiamur extrinsecus subiacere. DAT. VII ID. MART. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

⌈ reliquorum fiscalium nomine IVST.

*V.* — IVST. 10, 3, 6.

2 emerit *Iust.* pretiis] *V,* pretio *Iust.* 5/6 *praec. constitutio data a. 369 in cod. Iust.*

, 17, 3 [= BREV. X, 9, 1] (391 Iun. 19).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD MAGNILLVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Si quos debitorum mole depressos necessitas publicae rationis adstringat proprias distrahere facultates, rei qualitas et redituum quantitas aestimetur nec sub nomine subhastationis publicae locus fraudibus relinquatur et possessionibus viliore distractis plus exactor ex gratia quam debitor ex pretio consequatur. Hi postremo sub empti titulo perpetuo dominii iure potiantur, qui tantum adnumeraverint fisco, quantum exegerit utilitas

1 et *om.* *O* magnellum *CS,* maximillum *Pith.* uic] uirum clarum *S* 2 quis $L^a$, quod *N* debitore *N* depressos] $VG^vO$ *Iust.,* depr(a)ehensos (-sus *N*) $HNG^tEC$, compr(a)ehensos (-sus $L^a$) *PMLS* publicae rationis] publicationis $G^tC$ propria *S* 3 qualitatis *G* reditum *E,* redditum *G* quantitatis *GS* extimetur *H,* aestimatur *C* nec] ne *OE Iust. (Lat.)* nomine] *VHGOES,* nominis *NXCPML* 3/4 subhastationis] *VO,* subastationis (-ni $X^a$) *H(?)XC,* subadstationis *NL,* subartationis *S,* subuastationis *G,* subadstatio *PM,* substan.ionis *E* 4 plicae $G^a$ fraudibus] fratribus $G^t$, fraus *S* et] ut *Iust.* uiliore] uiliores *H,* uilius *O,* pretio uiolari *G: fortasse* uili aere distractos *H,* distractus *N,* distractatis *S* 4/5 exactor ex] exactores *L,* exactoris *PM,* exigator ex $G^v$, exactiores *H* 5 debitor] debetur *GPM* hii *VHNGEC,* his *L,* is *PM* postremum *GC* empti] em $H^a$, eunt *G, om. E* 6 dominii (domini *NE,* dominio *H Iust. [praeter Q]*) iure] iure domiui *G* potiant *PM* adnumerauerit *H,* adnominauerint *GC,* adnumerabilem *PM* quantum *bis C* exigerit *HGE*

privatorum. Etenim periniquum est, ut alienis bonis sub gratiosa auctione distractis parum accedat publico nomini, cum totum pereat debitori. DAT. XIII KAL. IVL. AQVIL(EIAE), ACC. ID. IAN. HADRVMETI POST CONS. TATIANI ET SYMMACHI VV. CC.

INTERPRETATIO. Si quicumque publici debiti enormitate constringitur, ut non possit hoc ipsum debitum nisi vendita propria facultate dissolvere, in eiusmodi debito hanc executores vel exactores formam servare debebunt, ut non ita rem praecipitent, ut res minore, quam valet, pretio distrahatur nec tales sub quolibet conludio provideant emptores, ut et debitor proprietatem perdat et parum fiscus adquirat.

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 4, 44, 16.

1 auctione] *VO Iust. (plerique)*, actione *NGE CPMLS Iust. (RM*[a]*)*, bactione *H* subtractis *G* 2 totum pereat] p. tantum *O* debitoris *G* 2/3 dat. xiii (xiiii *NO*, xii *G*) k. iul. (iun. *O*, ag iul *E*, *om. G*) aquil. *(om. G)*, acc. id. (kal. *Pith.*) ian. (iun. *G*) hadrumeti (*sic V*, adrumeti *H*, hadrometi *E*, adrumeto *M*[b], adrumetu *PM*[a], adrumethi *C*, adromiti *N*, adromi *G*, acc. id. ian. hadr. *om. O*) pc tatiani (pc uitaliani *G*, constantini [*om.* pc] *E Pith.*) et *(om. O)* symm. *(om. O)* uu cc (*sic VH*, uc *C*, uiris claris *S*, uucc conss. *PM*, *om. NOE) libri* 4 si *om. G* constringetur *N* posset *N* 5 nisi] si *H*[a] huiusmodi *G* 5/6 executores uel exactores (uel exact. *om. S*)] co..ectores uel executores *H* 6 ita] itam *N* praecipitent ut res] praecipitent ut *S*, praecipitatus *PML* minorem *HNC*[a], minori *G* ualet] *HNEL*, ualent *PM S*, ualeat *GC* 7 distrahantur *EPMS* talis *NEPML* conludii *PML* prouideant] uideant *H*[a], prouidentia *PM* emptoris *PML* et deb.] deb. *G* 8 parum] pariter *S*

## XVIII [= BREV. X]. DE THESAVRIS.

*Iust.* 10, 15.

X, 18, 1 (315 Mart. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. AD RATIONALES. Quicumque thesaurum invenerit et ad fiscum sponte detulerit, medietatem consequatur inventi, alterum tantum fisci rationibus tradat, ita tamen, ut citra inquietudinem quaestionis omnis fiscalis calumnia conquiescat. Haberi enim fidem fas est his, qui sponte obtulerint quod invenerint. Si quis autem inventas opes offerre noluerit et aliqua ratione proditus fuerit, a supra dicta venia debebit excludi. DAT. III KAL. APRIL. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

*V (cum Solms.).*

---

X, 18, 2 [= BREV. X, 10, 1] (380 Ian. 26).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD POPVLVM VRB(IS) CONSTANTINOPOLITANAE. Quisquis thesauros et condita ab ignotis dominis tempore vetustiore monilia quolibet casu reppererit, suae vindicet potestati neque calumniae formidinem fiscali aut privato nomine ullis deferentibus pertimescat; non metalli qualitas, non repperti modus
1 sub aliquod periculum quaestionis incurrat. In hac tamen naturali aequitate animadvertimus quoddam temperamentum adhibendum, ut, si cui in solo proprio huiusmodi contigerit, integro id iure praesumat; cui in alieno, in quartam reppertorum partem eum qui loci dominus fuerit admittat. Nec tamen per hanc licentiam quisquam aut aliena

1 et *om. O* aaa *om. OS* 1/2 ad populum u. c.] urbi constantp *PM*, ad populum *L* 2 thesaurus *E* condita] cognita *Pith.* ignoris *N*, incognitis *H* uetustiori *G*, uetustiorem *S* munilia *S*, mobilia *HGE Pith.* 3 causa *N* repperierit *HNG*, repperit *S* suae] et suae *H* neque] ne *S* formidine *H* fiscalis *G* 4 priuati nominis *G*[v] ullius *NE* repeti *G*[a], repetitionis *G*[b] 5 aliquod] *EPML Pith.*, aliquo *VHNGOCS* periculo qu. *HGES Pith.*, qu. periculo *O* occurrat *Pith.* hoc *O* tamen] tali *H* 6 cui] *Gothofredus*, quid (quis *H*) *Brev. (in his Pith.) praeter E*, qui *VE*: *malim* cui quid 7 integrum *N* id iure] eum *O* cui] *Haenel*, qui *libri*, quid *Pith.* reppertorum *PML*, repperitorum *N* 8 dimittat *Pith.* nec] *Brev. (praeter ES)*, ne *VES* alienam *C*

effodiat aut in locis non sui iuris per famam suspecta rimetur. DAT. VII KAL. FEB. THESS(A)L(ONICAE) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

INTERPRETATIO. Si quicumque thesaurum in sua terra invenerit, ei ex integro quod inventum est adquiratur et nullam calumniam pertimescat. Si vero in loco alieno thesaurum casu invenerit, eum qui loci dominus est, in quartam inventarum rerum debet admittere. Adtamen nullus effodiendo loca aliena praesumat ista requirere.

---

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).*

1 per famam] spermam *(sic) PML* suscepta $V^1$*N*, suspectam *G* 1/2 data uii (uiii *C*, u *G*, xi *H*) k. feb. thess. (atthesalonibus *E hic finiens, om. N*) grat. a. *(sic V, om. brev.)* u et theod. a. i *(*ā. i *VO,* ii aug. *G*, aa. *HCPMS*, a *N) libri* 3 quiscumque *G* integrum *HN* 4 adquirat *L* 5 quarta *HNPMLS* iuuentarum (inuentorum $G^a$, reppertarum *PMLS*) rerum] r. i. *H* debebit *GCPML* 5/6 tamen *G* 6 nullis *S* effodiendo] *NG*, effodiendi *HC*, effodiens *PMLS* sta *H*

---

, 18, 3 (390 Mart. 2).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eos, qui suadente numine vel ducente fortuna thesauros reppererint, reppertis laetari rebus sine aliquo terrore permittimus. DAT. VI NON. MART. CONSTANTINOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

---

*V*

1 neotherio *V* 2 reppertis *V* 4 neotherio *V* 3/4 *propter subscriptionem vide ad 6, 29, 7.*

## XVIIII [= BREV. XI]. DE METALLIS ET METALLARIIS.

et metallariis (methallariis $V^a$) *om. O.* — *Iust.* 11, 7 de metallariis et metallis et procuratoribus metallorum.

, 19, 1 (320 Sept. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM RATIONALEM AFRIC(AE). Secandorum marmorum ex quibuscumque metallis volentibus tribuimus facultatem, ita ut, qui caedere metallum atque ex eo facere quodcumque decreverint, etiam distrahendi habeant liberam potestatem. DAT. PRID. KAL. OCTOB. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO CAES. CONSS.

---

*V*

4 constantino c̄] constante caes. *V*

---

, 19, 2 (363 Oct. 22).

IMP. IVLIANVS A. AD RVFINVM COM(ITEM) OR(IENTIS). Quoniam marmorum cupiditate in inmensum quoddam saxorum pretia aucta sunt, ut sumptuosa voluntas copia relaxetur, permittimus omnibus, ut qui volunt caedere habeant licentiam adtributam. Fore enim arbitramur, ut etiam conplures saxorum nitentium venae in lumen usumque perveniant. DAT. XI KAL. NOV. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

---

*V*

1 *Ioviani est nisi fallit dies, Iuliano adscripta secundum usum compilatorum* 2 inmensum $V^a$ 4 usuque $V^1$

---

, 19, 3 (365 Dec. 10).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD CRESCONIVM COM(ITEM) METALLORVM. Perpensa deliberatione duximus sanciendum, ut, quicumque exercitium metallorum vellet adfluere,

---

2 exercitium] *V Iust., expectes* ad exercitium

is labore proprio et sibi et rei publicae commoda compararet. Itaque si qui sponte confluxerint, eos laudabilitas tua octonos scripulos in balluca ⌈ cogat exsolvere; quidquid autem amplius colligere potuerint, fisco potissimum distrahant, a quo conpetentia ex largitionibus nostris pretia suscipient. DAT. IIII ID. DECEMB. PARISIS VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

⌈ quae Graece χρύσαμμος appellatur IVST.

---

*V.* — IVST. 11, 7, 1.

2/3 scrupulos *Iust. (KOI)* 5 suscipiant *Iust.*

---

X, 19, 4 (367 Ian. 8).

IDEM AA. AD GERMANIANVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Ob metallicum canonem, in quo propria consuetudo retinenda est, quattuordecim uncias ballucae pro singulis libris constat inferri. DAT. VI ID. IAN. ROM. LVPICINO ET IOVIANO CONSS.

---

*V.* — IVST. 11, 7, 2.

3 rom.] *scr.* Remis iouino *Vrec.*

---

X, 19, 5 (369 Apr. 30).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. FORTVNATIANO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Nullam partem Romani orbis credidimus relinquendam, ex qua non metallarii, qui incolunt latebras, producantur, et quos domus nostrae secreta retinent. Et in conprehendendis eis investigatores eorum rectores congruis auxiliis prosequantur. DAT. PRID. KAL. MAI. ANTIOCHIAE VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE CONSS.

---

*V.* — Cf. IVST. 11, 7, 7 *(vide ad Th. 10, 19, 15).*

3 latebris *malim. — Subscriptiones haec et similis 15, 2, 2 dubiae sunt, nam eo tempore Valens Marcianopoli potius fuit quam Antiochiae*

---

X, 19, 6 (369 Iun. 4).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si qua navis metallarium ad Sardiniam transtulerit, gubernator ipsius vel magister quinos pro singulis hominibus solidos cogatur inferre. DAT. PRID. NON. IVN. MARTIATICI VAL(ENTINI)ANO NB. P. ET VICTORE CONSS.

---

*V*

---

X, 19, 7 (370? 373? Mart. 19).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quemadmodum dominus noster Valens per omnem Orientem eos, qui ibidem auri metallum vago errore sectantur, a possessoribus cunctis iussit arceri, ita sinceritas tua universos per Illyricum et dioecesim Macedonicam provinciales edicto conveniat, ut nemo quemquam Thracem ultra in possessione propria putet esse celandum, sed ut singulos potius regredi ad solum genitale conpellant, quos inde venisse cognoscunt. Alioquin gravis in eum animadversio proferetur, qui latebram huiusmodi hominibus post haec interdicta praebuerit. DAT. XIIII KAL. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

---

*V*

4 machedonicam *V* ut *om. V*[1] 4/5 possessionem *V* 5 genitalem *V*

19, 8 (376 Aug. 13).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD SENATVM. Potestatem eruendi vel exsecandi de privatis lapidicinis iam pridem per Macedoniam et Illyrici tractum certa sub condicione permisimus. Sed vobis, patres conscribti, volentibus liberalius deferetur, suo ut quisque sumptu suoque emolumento, vectigalis operas et portorii damna non metuens, pariat eam copiam. ET CETERA. LECTA IN SENATV ID. AVG. VALENTE V ET VAL(ENTINI)ANO AA. CONSS.

*V*

2 machedoniam *V* 4 ut] $V^2$, et $V^1$

19, 9 (378 Aug. 15).

IDEM AAA. AD VINDICIANVM V(IRVM) C(LARISSIMVM) VIC(ARI)VM. Datis ad inlustres viros praefectos Galliarum et Italiae litteris primum metallarios praecipimus admoneri, ne eis novelli statuti, quod fuerat elicitum, privilegio transeundi ad Sardiniam spes inproba blandiatur; deinde provinciarum, quae mari alluuntur, iudices scientes fieri, ut universorum navigatio huiusmodi hominum generi clauderetur, ita ut, si aurileguli transfretare temptassent, severitate iudicis audaciae suae ferrent digna supplicia; adficiendis etiam poena custodibus, si neglegentia navigandi isdem copiam praebuissent; ita ut haec non sine periculo suo rectores provinciarum neglegenda meminerint. DAT. XVIII KAL. SEPT. VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

*V*

2 litterae *(em. m. rec.) V* praecepimus *Gothofredus* fieri] *scr.* efficere uniuersorum] uniuerso *Haenel* 5 aurilegi $V^1$ 7 hisdem copia *V*

9, 10 (382 Aug. 29).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cuncti, qui per privatorum loca saxorum venam laboriosis effossionibus persequuntur, decimas fisco, decimas etiam domino repraesentent, cetero modo suis desideriis vindicando. DAT. IIII KAL. SEPT. CONSTANTINOP(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 7, 3.

3 cetera *Reinesius*

9, 11 (384 Oct. 5).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ii, quibus ad exercenda metalla privata dives marmorum vena consentit, excidendi exsecandique iuxta legem dudum latam habeant facultatem, ita ut decima pars fisci nostri utilitatibus, decima ei cuius locus est deputetur. Quidquid vero reliquum fuerit, id iuxta eiusdem legis tenorem exercentibus cedat habituris licentiam vendendi donandi et quo voluntas suaserit transferendi. DAT. III NON. OCTOB. CONSTANT(INO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

*V*

1 hii *V* 3 locus *om.* $V^1$

9, 12 (392 Febr. 19).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. ROMVLO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Per annos singulos septeni per hominem scripuli largitionibus inferantur

2 septem *Iust.*

ab aurilegulis non solum in Pontica dioecesi, verum etiam in Asiana. DAT. XI KAL. MART. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 7, 5.

---

X, 19, 13 (393 Febr. 12).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Privatorum manus ab exercendo quolibet marmoreo metallo prohiberi praecipimus, ut fiscalibus instantia locis liberior relaxetur. Si qui vero clandestino opere vetita deinceps exercere temptaverit, omne id, quidquid exciderit, iuri fisci et publico vindicandum. DAT. PRID. ID. FEB. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*V*

4 fisci] fci $V^1$

---

X, 19, 14 [= BREV. X, 11, 1] (393 Mart. 16).

IDEM AAA. PATERNO. Quosdam operta humo esse saxa dicentes id agere cognovimus, ut defossis in altum cuniculis alienarum aedium fundamenta labefactent. Qua de re, si quando huiusmodi marmora sub aedificiis latere dicantur, perquirendi eadem copia denegetur, || ne, dum cautium ementita nobilitas cum aedificiorum qualitate taxatur et pretium domus ne diruatur offertur, non tam publicae rei studium quam privati causa videatur fuisse dispendii. DAT. XVII KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

|| *fin.* IVST.

INTERPRETATIO. Quicumque metallum dicens sub alienis aedificiis quaelibet saxa vel marmora effodienda crediderit, ut per eos fundamentorum firmitas incipiat vaccillare, his inquisitionis huius licentiam denegamus, ne, dum nobiliores lapides se quaerere adserunt, aut vendere aut subvertere aliena fundamenta praesumant.

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 11, 7, 6.

1 idem] *VO*, imppp. ualent. (et *ins. C*) theod. et arcad. *Brev.* paterno] *V (seq. sp. vac.) et reliqui*, paterna *L*, paterno ppo *N*, paterno preposito *O: mag. incertus, fortasse* comes s. l. operta humo (homo *N*)] h. o. *C* esse saxa] saxa uel metalla esse *O* dicentem $G^{a}$ 2 aedium] rerum *G*, aedictum *E* labefaciant *PML* quo aere(?) $G^{a}$ 3 huiusmodi] huius modimi *S* aediciis *L* latera *S* dicuntur *G* 3/4 denetur $H^{a}$, detegetur $S^{b}$, degtegetur $S^{a}$ 4 ne] nec *L* caucion *G*, cautio *NC Pith.* ementita] entita $H^{a}$ nobitas $L^{a}$ cum *om. O* qualitate] sub quocumque q. *N* 5 pretium d. n. d. offertur *om. E* dominus *PM* ne] rei *G*, *om. N* diruatur] deruatur *HL*, deruestur *N*, horreatur *PM* non] nos *PM* tam] tantum *G* studio *G Pith. (cum Paris. 4403 A)* 5/6 probati *PML*, priuatis *Pith. (cum Paris. 4403 A)* 6 uidiantur *L* dispectum *Pith. (cum Paris. 4403 A)* 6/7 dat. xuii (xuiii *N*, xui *E*, xiiii *G*, uii *C*) k. apr. constantinopoli (-lim *H*) th. a. iii (iiii *C*) et ab. *libri* 8 dicens] his *H*, dicentes latere *edd.* 9 crediderint *edd.* ut per] et per *H*, aut per *PM L*, super *S* 9/10 inquisitionibus *G* 10 huius *om. H* licentia *H* aut uend.] ut uend. *H* 11 aut *(om. CG)* subuertere *om. H* praesumat *L*

---

X, 19, 15 (424 Iul. 11).

IMP. THEOD(OSIVS) A. MAXIMINO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Metallarii, qui ea regione deserta, ex qua videntur oriundi, ad externa migrarunt, indubitanter ad propriae originis stirpem laremque revocentur. Eorum autem earumque progenies, qui ex domibus privatorum eligere maluerunt consortia nuptiarum, aequa inter fiscum meum et parentes suos lance dividatur, ita ut, qui singulorum tantummodo filiorum probabuntur esse genitores, ex integro unicis fisco affectibus cedant: in posterum cunctis metal-

IVST.

Metallarii sive metallariae, qui quaeve ea regione deserta, ex qua videntur oriundi vel oriundae, ad externa migraverint, indubitanter sine ulla temporis praescriptione ad propriae originis stirpem laremque una cum sua subole revocentur, et quos domus nostrae secreta retineant *cf. Th. 10, 19, 5.*

8/9 de qua i. f. m. et p. s. aequa lance *V (em. sic fere Gothofredus)*

lariorum condicionem necessario secuturis, quicumque ex ipsis et ex quocumque fuerint
1 latere procreati. Qui vero metallica loca praedictae obnoxia functioni emisse perhibentur, isdem procul dubio, quae auctores eorum implere consueverant, muniis subiacebunt. Nam de his, qui ad census annonarios transierunt, observandum est, ut illi, qui ante quinquennium tantummodo nexibus privatorum videntur inpliciti, sine dubio ad originem propriam redire cogantur, ex aequo cum publicis fundis eorum subole dividenda et unico filio metallariorum origini vindicando, omni tamen ceteris in futurum huiuscemodi licentia arte praeclusa. Quod si quis postea illud quod nunc prohibetur fecerit, || sciat nullum exinde praeiudicium fisco esse generandum, etiamsi is, quem metallicum esse constabit, privatis censibus suum nomen indiderit. DAT. V ID. IVL. CONSTANTINOP(OLI) VICTORE V. C. CONS.

IVST.
|| Sciant autem nullum exinde praeiudicium fisco esse generandum, etiamsi is, quem metallicum esse constiterit, privatis censibus suum nomen indiderit.

*V.* — IVST. 11, 7, 7.

3 hisdem *V*

## XX. DE MVRILEGVLIS ET GYNAECEARIIS ET MONETARIIS ET BASTAGARIIS.

gynecaariis *V.* — *Iust.* 11, 8 de murilegulis et gynaecaariis et procuratoribus gynaecei et de monetariis et bastagariis.

20, 1 (317 Iul. 21).

IMP. CONSTANTINVS A. AD BITHYNOS. Monetarios in sua semper durare condicione oportet nec dignitates eis perfectissimatus tribui vel ducenae vel centenae vel egregiatus. DAT. XII KAL. AVG. GALLICANO ET BASSO CONSS.

IVST.
Monetarios in sua semper durare condicione oportet nec dignitatis cuiuscumque privilegio ab huiusmodi condicione liberari.

*V.* — IVST. 11, 8, 1.

1 bythynos *V* 4/5 *videtur Licinii, nisi fallit dies*

20, 2 (358 [357] Mart. 19).

IMP. CONSTANTIVS A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quinque auri librarum multam exigatur, qui mancipium gynaecei, quod celat, non intra kal. Septemb. prodiderit. DAT. XIIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) DATIANO ET CEREALE CONSS.

*V*

2 gynecaei *V* 3 *Mediolani eo tempore non fuit Constantius, sed Sirmii; potest fuisse, fere ut proposuit Gothofredus,* data [. . . . . . Sirmio, accepta] XIIII k. Apr. Mediolano, *cui coniecturae favet 8, 4, 6*

20, 3 (365 Iun. 28).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD GERMANVM CONSVLAREM. Ingenuae mulieres, quae se gynaecaariis sociaverint, si conventae denuntiatione sollemni splendorem generis contuberniorum vilitati praeferre noluerint, suorum maritorum condicione teneantur. DAT. IIII KAL. IVL. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V.* — IVST. 11, 8, 3.

2 gynecaariis *V* 3 utilitati *V (em. m. rec.)*

X, 20, 4 (368 Dec. 13].

IDEM AA. AD AVXONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quod ad praesens remedium pertinet, ⸢decimum⸣ animal bastagariis pro reparatione praebeatur. DAT. ID. DECEMB. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

⸢quintum⸣ IVST.

*V.* — IVST. 11, 8, 4.

3 *annum flagitat locus*

---

X, 20, 5 (371 Iun. 28).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. FILEMATIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Si quis uxorem de familiis conchylegulorum acceperit, sciat condicioni eorundem se esse nectendum. DAT. IIII KAL. IVL. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

*V*

2 concylegulorum *V*

---

X, 20, 6 (372 Iun. 27).

IDEM AAA. AD MODESTVM. Opifices vesti linteae contexendae in usum erogationum nostrarum operam dantes sollicitatos a plurimis esse cognovimus. Igitur et eos, penes quos sunt, et textores ipsos terna auri pondo thesaurorum commodis inferre praecipimus; quin etiam opifices ipsos textrinis linteae vestis vindicari conveniet. Quod si aliquis detegetur in eadem insolentia permanere et iugiter opificem detinuerit, non iam multam, ut praeterito tempore iusseramus, sed proscribtionem subire debebit. DAT. V KAL. IVL. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

*V*

1 *scilicet* p̅p̅o̅ opifices (*non* -cis) *V* uesti] *scripsi,* uestis *V* usum] *Haenel,* usu *V* | 2 paenes *V*

---

X, 20, 7 (372 Aug. 21).

IDEM AAA. AD FILEMATIVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Qui aliquem ex familiis gynaecei in latebris habere conperti sunt, quinque librarum auri damno subicientur. DAT. XII KAL. SEPT. CILICIAE MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 8, 5.

2 gynechei *V*, genetii *Iust. (OI)* subiugentur *Iust. (K)* 3 ciliciae *corruptum nec suppetit* | *emendatio probabilis; locus quaerendus est in partibus Occidentis propter magistratum.*

---

X, 20, 8 (374 Febr. 16).

IDEM AAA. AD TATIANVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Intra kalendarum Augustarum diem qui linteones retentare dicuntur, antiquis eos condicionibus reddant aut se pro ingentis audaciae contumacia quinis auri libris per singulos eorum poenae nomine sciant esse feriendos: non minore circa eos etiam multae comminatione proposita, qui obnoxios Scytopolitanos linyfos publico canoni in posterum suscipere conabuntur. DAT. XIIII KAL. MAR. ANTIOCHIAE GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

*V*

5 lynifos *V*

20, 9 (380 Febr. 28).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD EVCHERIVM. Qui textrini nostri mancipia occultatione celaverit, ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectatur. P(RO)P(OSITA) KARTHAG(INE) III KAL. MART. POST CONS. AVXONI ET OLYBRI.

*V.* — IVST. 11, 8, 6.

1 Eucherium] *mag. incertus* 3 plectetur *Iust. (OI)*

---

20, 10 (380 [379] Mart. 14).

IDEM AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Edicimus, ne qua mulier splendidioris gradus monetarii adhaerens consortio decus nativae libertatis amittat. Quod si quam ab hac praeceptione statutum nostrae perennitatis abduxerit, ea ˹secundum auctoritatem senatus consulti Claudiani˺ vel legitima admonita conventione discedat vel, si conplexui monetarii putaverit inhaerendum, non ambigat se et liberis praeiudicaturam et eius condicioni esse nectendam. || Nihilo minus autem et eas, quae ante legem nostram monetariis videntur esse coniunctae, placuit praedicto titulo conveniri scientes, nisi
1 interdicta coniunctione discesserint, mutasse se statum. || Si qua vero originaria seu ˹colona˺ possessionis alienae, ignaro domino seu sciente, monetario adsociabitur, ii conventi mox iuri agrorum debitas personas retrahere festinent vel de cetero sciant repetendi facultatem silentii sui
2 coniventia perdidisse. Sed ut monetario nullam ⌈ necti volumus, ita et monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari. DAT. PRID. ID. MART. AQVIL(EIAE) POST CONS(VLATVM) AVXONI ET OLYBRI.

IVST.
˹ ˺ *om.*
|| *fin.*
|| *redit*
˹colonaria˺
⌈ extraneam

*V.* — IVST. 11, 8, 7.

3 ab hac praesumptione st. n. p. non abduxerit *Gothofredus* 5 *post* conuentione *inseruerim* ab ea coniunctione putauerint $V^1$ 6 se] *V*, se sibi *Iust. (KI)*, sibi *Iust. (O)* 10 originaria] $V^{rec.}$ *Iust. (KI)*, originalia *V Iust. (O)* 11 hii *V* 13 conhibentiam *V* et] *V*, et ex *Iust.* $(K^b)$, ut ex *Iust.* $(K^a)$, ex *Iust. (OI)* 15 mart.] *fortasse scr.* mai. *secundum ordinem rescriptorum huius anni* post] pos *V* *Hesperius cum praefecturam deposuisse videatur a. 379 autumno, scribendum erit* Auxonio et Olybrio conss.

---

0, 11 (384 Iul. 24).

IDEM AAA. TRIFOLIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Aeternam fiximus legem, ne umquam bastagariis militiam vel suam deserere liceat vel aliam ⌈ subreptiva impetratione temptare. || Et tribuni, qui scientes huiusmodi milites ad numerum receperint, per singulos bastagarios singulas auri libras fisco cogantur inferre. Et super hoc dedimus litteras ad inlustres magistros utriusque militiae. DAT. VIIII KAL. AVG. HERACLEAE RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

⌈ antequam eam impleverint IVST.
|| *fin.* IVST.

*V.* — IVST. 11, 8, 8.

3 subreptiuam *V*

---

0, 12 (385 Sept. 26).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis naviculam functioni muricis et legendis conchyliis deputatam ausus fuerit usurpare, duarum librarum auri inlatione teneatur. DAT. VI KAL. OCT. AQVIL(EIAE) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

*V.* — IVST. 11, 8, 9.

2 concyciliis *V* 3 i *post* a *addidi*

X, 20, 13 (406 Iun. 27).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. FILOMETORI COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Lotas in posterum sericoblattae ac metaxae huiusmodi species inferri praecipimus; viginti librarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium canonum tractant, prioribus etiam ⌜eiusdem⌝ officii, si statuta caelestia a quoquam passi fuerint temerari. [⌜cuiuscumque⌝ IVST.] DAT. V KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

V. — IVST. 11, 8, 10.

2 sericoblattae] *Iust.*, soricablattae *V* ac] *V*, et *Iust.* mataxae *V*

X, 20, 14 (424 Oct. 16).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ET VAL(ENTINI)ANVS C. MAXIMINO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Murileguli, qui relicto adque despecto propriae condicionis officio vetitis se infulis dignitatum et cingulis penitus denegatis munisse dicuntur, ad propriae artis et originis vincla revocentur. Ab illis autem, qui rebus eorum videntur inhiasse, quos in sua origine permanere et sollemnibus ministeriis inservire manifestum est, omnia, quaecumque constiterit ex quocumque titulo possessa, antiquis possessoribus restituantur. Quod si alienigenae detentatores oneribus condicionis externae maluerint subiacere quam restituere facultates, et futura deinceps agnoscant munia sibi esse subeunda et de praeterito, si qua ipsis possidentibus reliqua colliguntur, a semet ipsis sciant sine aliqua excusatione solvenda. DAT. XVII KAL. NOV. CONSTANTINOP(OLI) VICTORE CONS.

V. — IVST. 11, 8, 11.

2 derelicto *Iust.* 2/3 *post* dignitatum *sp. vac. V* 3 paenitus *V*

X, 20, 15 (425 Mai. 24).

IDEM A. ET CAES. MAXIMINO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Ii, qui ex filiabus murilegulorum et alienae originis patribus sunt vel fuerint procreati, iura maternae condicionis agnoscant. DAT. VIIII KAL. IVN. THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

V. — IVST. 11, 8, 12.

1 hii *V*

X, 20, 16 (426 Febr. 23).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ACACIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Si quis ex corpore gynaecceariorum vel lintceariorum sive linyfariorum monetariorumve aut murilegulorum vel aliorum similium ad divinas largitiones nexu sanguinis pertinentium voluerit posthac de suo collegio liberari, non quoscumque nec facile in locum proprium, freti dexterae triumphalis absolutione, substituant, sed eos, quos omnibus idoneos modis sub ipsis quodammodo amplissimae tuae sedis obtutibus adprobarint; ita tamen, ut is, qui ab huiusmodi condicione iuxta formam caelitus datam beneficio principali fuerit absolutus, universam generis sui prosapiam in functione memorati corporis permanentem cum omnibus eius qui absolvitur rebus obnoxiam largitionibus sacris futuram esse non dubitet. DAT. VII KAL. MAR. CONSTANTINOP(OLI) DD. NN. THEOD(OSIO) XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

V. — IVST. 11, 8, 13.

2 gynecaeariorum *V* siue] uel *Iust.* linypheariorum *Iust. (O)*, linphariorum *Iust. (K)*, lynifiariorum *V*: *expectamus* linuforum monetariorumue aut] *Iust.*; monetariorum ac *V* 4 uoluerint *V* quocumque *Iust.* 5 dextrae *Iust.* absolutione] *Iust.*, adsolutione *V* 6 approbauerint *Iust.* 8 uniuersi *Iust.* functionem *V*

20, 17 (427 Mart. 23).

IDEM AA. VALERIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Placet, si conchyliolegulorum filiae condicionis alienae nubserint viris, qui ex ipsis fuerint procreati ab eo tempore nexum maternae adscribtionis agnoscant, ex quo promulgatam super hoc cognoverint legem. De his vero, quos ante eam natos esse constiterit, huiusmodi forma servetur, ut, sive conchyliolegulorum seu adscribtorum progenies fuerit colonorum, paternam tantum condicionem sequantur. Si || qui ˹vero post legem˺ aut patre conchyliolegulo geniti probabuntur aut matre, memoratae adscribtioni obnoxios se esse non ambigant. DAT. X KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) HIERIO ET ARDABVRE CONSS.

|| *inc.* IVST. | ˹ ˺ *om.* IVST.

*V.* — IVST. 11, 8, 15.

1 concyliolegulorum *V* 5 concyliolegulorum *V* 7 concyliolegulo *V*

20, 18 (436 Mart. 8).

IDEM AA. APOLLONIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quoniam trecentas paene libras blattae sericae clandestina fucatione non sine laesae maiestatis crimine coloratas et adaeratum conchylii non minimum pondus patefactum est, quaestione prodente, quibus sollemniter artibus, quibus consciis ac ministris metaxa cum privata fiscalis aequaliter publico murice tinguebatur, || purpurae nundinas, licet innumeris sint constitutionibus prohibitae, recenti quoque interminatione vetamus; et || dispositione inlustris memoriae Synesii revocata, quae perperam infirmata est ab inlustris memoriae Anysio, a quo subreptum nobis est veritate celata, || ˹septimum de scrinio exceptorum, sextum de scrinio canonum, quintum de scrinio tabulariorum ad bafia Foenices per certum tempus mitti praecipimus, ut fraus omnis eorum prohibeatur sollertia timentium, ne quaesitis ˹multo˺ sudore stipendiis careant: etiam viginti librarum auri condemnatione proposita. DAT. VIII ID. MART. CONSTANTINOP(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

|| *inc.* IVST.
|| *finit*
|| *redit* | ˹ ideo
˹longo˺

*V.* — IVST. 11, 9, 5.

2 blantae $V^1$ 3 concylii *V* 4 cum priuata fiscalis] *scripsi*, tinguebatur cum priuata fiscalis *V*, et *ins. post* priuata *Cuiacius* 8 inlustri *V* 9/10 exceptorum sextum de scrinio] *Iust.*, *om. V* 11 foenicis *V*

# XXI. DE VESTIBVS HOLOVERIS ET AVRATIS.

uestibus oloueris (uestibulo ueris *Solms.*) *V.* — *Iust.* 11, 9 de v. h. et a. et de intinctione sacri muricis.

21, 1 (369 Iul. 18).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. ARCHELAO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Auratas ac sericas paragaudas auro intextas ˹tam˺ viriles ˹quam muliebres˺ privatis usibus contexere conficereque prohibemus et ˹in gynaeceis˺ tantum nostris fieri praecipimus. DAT. V NON. IVL. NEVIODVNI; ACC. XV KAL. AVG. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO NOB. P. ET VICTORE CONSS.

IVST.
˹ ˺ *om.* | ˹ ˺ *om.*
˹a gynaeciariis˺

*V (cum Solms.).* — IVST. 11, 9, 1.

1 impp. ualt. et ual. et grat. aa. *Iust. (Paris. 4521) cum l. 10, 16, 2* 1/2 com. s. l. *V Iust. (Paris. 4521); cf. 4, 13, 6* 4 et in gynaeceis] *edd.*, sed gynecaeis *V*, et a gynaeciariis *Iust.* 5 nebiodumi *V*

X, 21, 2 (382 Mart. 30).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo ⌈ auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas ⌈. Non enim levi animadversione plectetur, quisquis vetito se et indebito non abdicarit ⸢indutu⸣. DAT. III KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

| IVST. |
|---|
| ⌈ vir |
| ⌈ nisi ii tantummodo, quibus hoc propter imperiale ministerium concessum est |
| ⸢indumento⸣ |

*V.* — IVST. 11, 9, 2.

5/6 abdicauerit *Iust.*

X, 21, 3 (424 Ian. 16).

IMP. THEOD(OSIVS) A. MAXIMINO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Temperent universi, ⸢qui cuiuscumque sunt⸣ sexus dignitatis artis professionis et generis, ab huiusmodi speciei possessione, quae soli principi eiusque domui dedicatur. Nec pallia tunicasque domi quis ⸢serica⸣ contexat aut faciat, quae tincta conchylio nullius alterius permixtione subtexta sunt. Proferantur ex aedibus tradanturque tunicae et pallia ex omni parte texturae cruore infecta conchylii. Nulla stamina subtexantur tincta conchylio nec eiusdem infectionis arguto pectine solidanda fila decurrant. Reddenda aerario holovera vestimenta ⌈ protinus offerantur. Nec est, ut quisquam de abiurato pretio conqueratur, quia sufficit calcatae legis inpunitas, ⸢nec vacet illi curare de quaestu, cui sua salus esse non debet in pretio⸣. Ne quis vero nunc huiusmodi suppressione in laqueos novae constitutionis incurrat; alioquin ad similitudinem laesae maiestatis periculum sustinebit. DAT. XVII KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) VICTORE V̄. C̄. CONS.

| IVST. |
|---|
| ⸢cuiuscumque sint⸣ |
| ⸢sericas⸣ |
| ⌈ virilis |
| ⸢nec ... pretio⸣ om. |

*V.* — IVST. 11, 9, 4.

4 domui] *Iust.*, domus *V* 5 concylio *V* 7 concylii *V* 8 concylio *V* 9 olouera *V* 10 ut] *V Iust. (X)*, ut si *Iust. (KOI)* abiurato] *Iust.*, abiurata *V*: *fort.* ablato 12 non *delet Gothofredus* 13 nunc] *Iust.*, hunc *V*

## XXII. DE FABRICENSIBVS.

*Iust.* 11, 10.

X, 22, 1 (374 Mart. 11).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. TATIANO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Cum senae per tricenos dies ex aere tam aput Antiochiam quam aput Constantinop(olim) a singulis barbaricariis cassides, sed et bucculae tegerentur, octo vero aput Antiochiam cassidas totidemque bucculas per dies triginta et tegerent argento et deaurarent, aput Constantinop(olim) autem tres solas, statuimus, ut Constantinopoli quoque non octonas singuli cassidas per tricenos dies, sed senas sic pari numero buccularum auro argentoque condecorent. DAT. V ID. MART. ANTIOCHIAE GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

*V*

5. 6 *expectamus* non tres, sed octonas s. cassidas p. tr. d. pari numero buccularum

X, 22, 2 (388 Oct. 18).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnibus fabricis non pecunias pro speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri,

˹in perpetuum servanda hac forma˺ praecipimus, ut venae nobilis et quae facile deducatur ignibus seu liquescat ferri materies praebeatur, quo promptius adempta fraudibus facultate commodo publico consulatur. DAT. XV KAL. NOV. THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO CONSS.

˹ ˺ *om.* IVST.

*V.* — IVST. 11, 10, 1.

1 nobilis] *Iust.*, nobiles *V*

22, 3 (390 Mart. 8).

IDEM AAA. RVFINO MAG(IS)TRO OFF(ICI)ORVM. Primicerium fabricae post biennium non solum vacatione, verum etiam honore donari praecipimus, ita ut inter protectores ⌈ adoraturus aeternitatem nostram suo quisque tempore dirigatur. DAT. VIII ID. MAR. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

⌈ eiusdem fabricae per biennium IVST.

*V.* — IVST. 11, 10, 2.

4 neotherio *V*

22, 4 (398 Dec. 15).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. HOSIO MAG(ISTRO) OFF(IC)IORVM.˘ Stigmata, hoc est nota publica, fabricensium brachiis ad imitationem tironum infligatur, ut hoc modo saltem possint latitantes agnosci: his, qui eos susceperint vel eorum liberos, sine dubio fabricae vindicandis, et qui subreptione quadam declinandi operis ad publicae cuiuslibet sacramenta militiae transierunt. DAT. XVIII KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 10, 3.

1 osio *V* stigma *malim* 2 infligatur] *V Iust. (O)*, infligantur *Iust. (KI)* saltem modo | *Iust. (KOI)* uindicandis 4 uindicandis] *scr.* uindicandis

22, 5 (404 Iul. 30).

IDEM AA. ANTHEMIO MAG(IS)TRO OFF(IC)IORVM. Si quis posthac fabricensem admiserit procuratorem vel cultorem sui praedii detinuerit conductoremve susceperit, rei, quam contra vetitum fabricensi crediderit iniungendam, proprietate privetur, ea videlicet fiscalibus calculis socianda; ipse vero fabricensis, qui contraxerit legis offensam, multa duarum librarum auri feriatur. DAT. III KAL. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) HONOR(IO) A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

*V*

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. 2 detinuerint *V* 4 multae *V* 5/6 aristeneto *V*

22, 6 (412 Mai. 18).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis consortium fabricensium crediderit eligendum, in ea urbe, qua natus est vel in qua domicilium conlocavit, his quorum interest convocatis primitus acta conficiat, sese doceat non avo, non patre curiali progenitum, nihil ordini civitatis debere, nulli se civico muneri obnoxium, atque ita demum gestis confectis vel aput moderatorem provinciae vel si is absit aput defensorem civitatis ad militiam quam optaverit suscipiatur. Quod si absque hac cautione quispiam ad fabricensium consortium obrepserit, sciat se ad ordinis cui de-

2 qua natus] *V Iust. (I)*, in qua natus *Iust. (KO)* 4 ciuicommuneri *V Iust. (O)*, ciui | commanere *Iust. (KI)*

betur patriaeque suae munera esse ˹revocandum˺, ita ut nulla eum nec temporis nec stipendiorum praerogativa defendat. DAT. XV KAL. IVN. CONSTANTINOP(OLI) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

| ˹reducendum˺ IVST.

*V.* — IVST. 11, 10, 4.

## XXIII. DE CLASSICIS.

*Iust.* 11, 13.

X, 23, 1 (a. 369/70 . . .).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AVXONIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Classem Seleucenam aliasque universas ad officium, quod magnitudini tuae obsequitur, volumus pertinere, ut classicorum numerus ex incensitis vel adcrescentibus conpleatur et Seleucena ad auxilium purgandi Orontis aliasque necessitates Orientis comiti deputetur. DATA INDICTIONE XII.

*V.* — IVST. 11, 13, 1.

3 incensetis *V Iust. (O)* 4/5 indictione XII] *a. 369 Sept. 1—370 Aug. 31*

## XXIIII. DE HIS, QVI CVM DISPENSATORE CONTRAXERVNT.

*Iust.* 10, 6: de his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt.

X, 24, 1 (368? 370? 373? Mart. 12).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis ab exactoribus tabulariis arcariis officiisve rationum ˹vel alio, cui fiscalium thesaurorum tutela mandetur˺, fenebrem pecuniam sumpserit, detectus in eodem ad quadrupli poenam ex hac auctoritate teneatur. DAT. IIII ID. MART. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

| ˹ ˺ *om.* IVST.

*V.* — IVST. 10, 6, 1.

X, 24, 2 (381 Iul. 21).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. PALLADIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Sciant omnes ˹neque dandi neque˺ accipiendi mutuo ex largitionibus sacris auri ⌜ patere cuiquam facultatem. Quod si quis aurum ex nostro aerario privatis commodis profuturum occulte aut cautionis aut sponsionis fide ut debitor redditurus ⌜ acceperit, ablatis bonis omnibus perpetuae deportationis subdetur exilio. Is etiam, qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodarit ac dederit, capitali sententia subiugetur. DAT. XII KAL. AVG. HERACLEAE EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

| IVST. |
|---|
| ˹ ˺ *om.* |
| ⌜ non |
| ⌜ sine nostra auctoritate |

*V.* — IVST. 10, 6, 2.

9 sententia] *Iust.*, substantia *V*

X, 24, 3 (381 Nov. 30).

IDEM AAA. PALLADIO MAG(IS)TRO OFF(ICI)ORVM. Aurum, quod a provincialibus sine cunctatione persolvitur, nundinatione consumitur. Poenis itaque se ultimis, quicumque harum

1 s̄s̄ *V* 2 ponis *V*[1]

machinatores praedarum detegi prodique potuerint, se noverint subiugandos, nisi dimenso itineris spatio susceptum a provinciali officio aurum traditum sacris largitionibus nuntiarint.
1 Insuper si decem ultra diebus aurum, quod percurso itinere potuerit inferri, detentum vel a prosecutoribus vel a palatinis fuerit deprehensum, binarum ex toto centesimarum inlationi se sentiant obligatos. P(RO)P(OSITA) PRID. KAL. DECEMB. BERYTO EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

---

*V*

5 byrito *V*

## XXV. DE PRIVILEGIIS DOMVS AVGVSTAE.

*Iust.* 11, 75: de pr. d. A. vel rei privatae et quarum conlationum excusationem habent.

, 25, 1 (406 Dec. 1).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad omnem fraudem amputandam procuratores per singulas quasque provincias nobilissimarum puellarum filiarum mearum aput fidem gestorum praesentibus censualibus ac principalibus, quos huius inminutionis oneribus premi non dubium est, exponant numerum iugorum ad memoratarum domus pertinentium et pro eo tantum inlustribus privilegiis ac debitis potiantur, ita ut ex veri fide brevibus praebitis et a rectoribus provinciae mox relatis, quae eos excusare debere conveniat, conlatis rationibus cognoscant. DAT. KAL. DECEMB. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO V̄. C̄. CONSS.

---

*V*

6 ac *del.*

## XXVI. DE CONDVCTORIBVS ET HOMINIBVS DOMVS AVGVSTAE.

*Iust.* 11, 72: de c. et procuratoribus sive actoribus praediorum fiscalium et d. A.

, 26, 1 (426 Mart. 6).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. BASSO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Conductores hominesve augustissimae domus nostrae || nullum cuiuslibet nomen militiae usurpent, nullius cingulo dignitatis utantur, ne ex hoc sibi erigendi supercilii fastus, sacro numini nostrae pietatis oriatur invidia. Sed || quotiens de causa ad domum regiam pertinente aliquid quaestionis ⌜emergit⌝, non aliter quam ex legum ordine, quibus similiter omne hominum genus tenetur, vel excipiant vel inferant ⌜actionem⌝, nec aliorum litigatorum negotio intercedant nec sententiam iudicantum aut inlicito patrocinii sui fomite iura conturbent ⌜nullique⌝ exsecutionis suae turbulentum ministerium audeant commodare; non privatis se negotiis, non publicis misceant; nec quiescentem domum delatio ulla sollicitet, ne eos inconsultae pertinaciae sero paeniteat. DAT. PRID. NON. MART. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

| IVST. |
|---|
| \|\| *fin.* |
| \|\| *redit* |
| ⌜emerserit⌝ |
| ⌜actiones⌝ |
| ⌜nullive⌝ |

---

*V.* — IVST. 11, 72, 1.

1 imppp. *V* 4 numini] nomini *V*^b, nomine *V*^a 8 iudicantium *Iust.*

X, 26, 2 (426 Ian. 3).

IDEM AA. AD SENATVM VRB(IS) ROMAE. POST ALIA: Conductores domus nostrae ab omni militiae privilegio submovemus. Vivant aequa sorte cum ceteris, nec umquam, si ratio poscat, examinis severitatem iudiciariam ullo cinguli frustrabuntur obiectu, sed potius pari disceptationis eventu in omnibus causis legibus serviant, quibus tenentur et principes. DAT. III NON. IAN. ROM(AE) $\overline{DD}$. $\overline{NN}$. THEOD(OSIO) XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

---

*V*

5 *propter diem vide ad iunctam* 10, 10, 33.